N ec tamen officio sic toto tempore persistit :  
Hic qui festus erat manet : profestus erit.

Divisio-  
mensiu*m*  
septima-  
nas, a  
christo.

Nomina  
deorū ve-  
terū die-  
bus ipso-  
ta.

Dies do-  
minicus.

Ciborū  
& festo-  
rū varie-  
tas.

Idē v̄sus  
nobis de-  
fastis &  
nefastis.  
mutatis  
noībus.



SACRORVM FASTORVM

- E**t quicq; qui paires includit: vespera quicq;  
Sanctus: & octauo qui terit orbe forun.
- Q**ui rogat: aut vigilat: qui festa secunda reducit:  
Annua qui p refert debita thura rogis.
- C**Viēlma quidq; cadat deus his, sunt feriae & illis.  
Nomina: que imponi sustinuere senes.
- Tutelæ** **V**enicit alma parens, luno quas ante, calendas:  
**Cal. No**narū & Aligeri nonas efficiuntq; suas.
- Iduū san** **E**t Ioue depulso trinus deus accipit idus:  
**stiores.** Tutelasq; nonas sanctior annus habet.
- Dies a-** **Q**ui subit hos: atrum dixit, sensitq; vetustas:  
**tri olim** Nomen ab Aegypto qui modo notus habet.
- nūi egypti** **E**cce sed ipse cano dum tot surgentia fastise  
ptiaci. Exoritur nobis, qui fuit annus auis.
- S**ic sed ut à sauro nunc pendeat ille Decembrie:  
Riteq; principium debeat inde suis.
- L**aeta dies orta est: sonat æs: tonat ardua moles:  
Felicesq; frequens suscitat ara focos.
- O**re fauete omnes: lactis bona verba calendis  
Preces i Dicite: in alterna fœmina, virq; prece.
- principis** **L**uce bona bonus annus eat: sic dicere priscis  
et omnia In Iani prima mos erat ante die.
- a vulgo** **T**ristia nec sibi mens, nec tristia sentiat auris:  
servantur. Omina ne vugus rebus inesse putet.
- D**icta insint verbis felicia & aurea primis:  
Aureus, & felix, totus ut annus eat.
- Pōpa in** **S**ed iam culta suos subit vtraq; curia colles:  
**vtragi** Hæcq; patris faciem, Cæsaris illa gerit.
- curia eo** **dē tempo** **A**ltera more pairum Capitolia celsa frequentat:  
re. In vaticano est altera festa iugo.

A lare tarpeio populo plaudente senator  
Exit: pro⁹ nouis fascibus hasta præit.

A cciunt populum sub odoris limina flammis:  
Proxima quæ cœli, celsaq; tempia tenent.

Q uaq; rudes operum præbebant colla iuenci:  
Hostia communes accipit alma preces.

I tur: eT hæsterni le⁹tis ineuntur honores:  
Atq; suum sequitur per foro quisq; ducem

M artia signiferos iam speciat Roma tribunos:  
Sceptra p de summo tradita mane loco.

S ensit ebur pondus: vix tota statut in arce:  
Tresq; sedent: dicunt qui tria verba: viri.

A cciunt monitus patrio de more vocaliz:  
Riteq; solenni prospera verba die.

C interea, æternus quia cœli limina seruast:  
Ad superosq; aditum tu mihi primus habes.

T rine parens rerum, Ianum qui deniq; formis  
Aniuum ut superes, nunc tria colla geris.

Q uod sacra cum causis paro dicere vera per annum:  
Signaq; ,iam cœlo redditæ certa tuo.

E st homini si fas voces audire deorum:  
Varibus ut castis ante fuisse putant.

I pse refer: Ianus, de quo sunt nomina mensit:  
Vnde biceps (lateat cum deus ille suos)

Q uisue sit: atq; tibi cur est nunc forma triformis:  
Q uam modo nos templo cernimus esse tuo.

A dde simul triplicem cur non coluere priores:  
Credibile eT veterum te prius esse deis.

H oc ego sic sumpta dicebam forte tabella:  
Vndiq; quum fundi lumine visa domus.

Tribuni  
et reli-  
qui ma-  
gister  
honoren-  
tineunt.

Oratio  
habetur  
iter eos.

Deustri-  
nus pul-  
so Ianu-  
qui eius  
erat fiz-  
gura.

SACRORVM FASTORVM

A dueniente deo , sensi loca iuncta moueri :  
Visus est oculis ora referre meis .

<sup>Trinice  
tas audi  
tur e cre  
ditur.</sup> N on tamen hunc iudi (procul hinc mendacia vatim)  
Flamma sed in tota creuerat ipsa domo .

P rotinus exsimui , atq; metu riguere capilli :  
Excidit est digitis sumpta tabella meis .

T unc velut ex alto tandem mihi reddita vox est :  
Hosq; deo visa est ferre latente sonos .

P one metum vates , melioris conditor anni :  
Dictaq; percipias , me referente , mea .

C ondere quod sacros voluisti carmine fastos :  
Primus est ad causas ora referre nouas .

F as fuit , vt posses me nunc audire loquentem :  
Sæpe quod est patribus contigit ante tuis .

<sup>Deus nō  
Ianus  
chaos re</sup> A nte Chaos cum sim : nec me rudis illa vetustas  
Nosceret : ad factos rettulit acta deos .

<sup>rū princi  
pium di-  
uisit.</sup> P rincipi me vasto sunt hac data corpora mundo :  
Cum mare , cum tellus , sydera , massa forent .

<sup>Ianus vñ  
biceps.</sup> Q uodq; duos vultus rerum fert forma mearam :  
Ancipitem finxit rebus inesse deum .

P ræterea expulse per me cesseret tenebra :  
Solq; die currus , lunaq; nocte tulit .

<sup>Vnde ia  
nitor.</sup> I re redire solent , aperire est claudere cœlum ,  
Solis equi : inde poli ianitor ille fuit .

S ic ea , quæ longi sibi sumpsit temporis acta :  
Omnia iam senis nostra diebus erant .

I ain erat nobis cognomine , nomine Noes :  
Vir prudens , idem fortis ad arma tamen .

<sup>Ianus a  
Iain  
Nois.</sup> I uerat humanum genus in noua crimina : quum iam  
Aetheris indomitas mittere cogor aquas .

cognomi  
nedictus

- C**ondere præcipio viuentum semina ligno: Haud mora: præceptis paruit ille meis.
- S**umma natant orbis: referens animalia puppi, Deucalioneas, me duce, fugit aquas.
- C**ogitur electus diuersas querere terras: Cumq; suis varias carpere in orbe vias.
- H**inc te Roma petit (sed nondum Roma manebas) Noes an Romacō dītā ianī culū te nuit.
- S**ic nomen fecere deo: velutiq; vocatus Iainus à Iain, Ianus in vrbe fuit.
- A**rx erat huic collis: discesserat: acta minores Dant illi: collem ianiculumq; vocant.
- V**idi ego vt ambages: mihi nec mea facta referrit: Vnigena clausi sacerula prisca nouis,
- Q**uodq; homini tandem meus hæsit ab æthere vultus: Est mibi pro vero reddita forma triceps.
- Q**uod triplicem dubitas me non coluisse priores, Falleris: ignari rem tetigere meam.
- Q**ui meus est titulus: fulmen dixere trisulcum: Tergeminamq; Hecaten: tergeminumq; canem.
- T**resq; deas parcas: tres Gorgonas: adde Tridentem:
- Q**uæperat Alcidæ: clava trinodis erat.
- H**esperides totidem: totidem cum partibus orbis:
- Tres charites: Stygij nomina terna fori.
- H**æc & plura quidem celuit sub nube vetustas:
- Dum nasci ignorat virgine posse deum.
- N**unc: quæ obscura fuit ratio: patet omnibus: & iam Eruta de monstribus est mea forma mibi.
- O**rae, quas domui, tres aspicientia partes:
- In loca non moto vertice terna fero.
- T**rinus deus in obscuro olim ve-lut in fi-gura.
- T**rinus deus tres orbis par tes aspi-cit.

SACRORVM FASTORVM

- Dixerat : hinc grates egredi : pulsorum timore,  
Illiis his absens verba secutus eram.
- Omnia cum pateant : fare odiuina potestas:  
Vnde deo fuerat clavis , Et unde ratis.
- Refuerat cœlo : partem spectabat virumque  
Pax , Et bella illi , formaque in ære biceps.
- Inieram : dixit : rerum fuit ille figura:  
Cui Noe , clavis cui ratis ante fuit.
- Nanque prius natus quam corpora vestra subireti  
**Clavis** Omnia consilio delituere meo .
- Iani in** A sti ubi iam terris cœlo denissus ab alto est:  
**fig. Cla** Vnus Et è vobis ambulat orbe deus .
- mihi eccl**  
**si e fuit.** Quæ mibi tunc menti fuerant insignia regni:  
Huic tribui clavem , sydereamque ratem.
- Nauta fuit Noe : sit Petrus nauita dixit:  
Cum rate dat claves , imperiumque seni ,
- I**lle dedit multis : multiisque dabuntur ab illis:  
Perque sacras ibunt munera nostra manus.
- Residet hic foribus cœli : Et qui venit ab illic  
Iurupque vertendi cardinalis omnis habet.
- Clausa aperit (nato sic visum) claudit aperta:  
Fratresque cum gemino non minus ora gerit.
- S**anctior Et Iano , Noe Et præstantior ipso:  
Nunc sibi fert claves Et regit ille ratem.
- C**olleque de Iani , cœli dum Ianitor adstat:  
Eosque domos , hesperiasque videt .
- Pax &** S cilicet Et portis , quas sanctas dicitis : ille  
**bellum in** Tempore dat pacem , bellaque iusta gerit .
- manu po**  
**uficum.** F ratresque cum magno proprio signatur in ære.  
Sintque velut triplex : cum patris ore inicant .

- D**e rate quo<sup>r</sup> discas melius: licet ære vel auro  
Nota sit: ante fores cernitur a<sup>c</sup>ta noto.  
**D**esierat vocem dicentis voce sequebar:  
Ius ego condiscens temporis omne mei.
- C**ognita de Ianu mihi sunt: vetus inchoat annus:  
An satis has partes ipse December agit?
- V**t mihi sunt, dixit: confusæ signa figuræ:  
Sic confusa anni non minus ora vides.
- P**rimus enim meus es: in verbo virginis alter:  
Tertius est nati, sed pariente dea.
- T**res licet & maneant: tres hi dicuntur & unus:  
Naturamq; mei numinis inde tenent.
- H**ip nouam signant, veterem meus iste figuram:  
Quæ quia præcedit: tempora prima peto.
- H**æc quoq; prima peto: rerum quia primacreaui:  
Primus & ad leges ianua prima fui.
- M**e quoq; præponit chorus: & mea gloria prima est:  
Carmine quum extremo nomina terna sonant.
- S**i tuus & nati nobis confunditur annus:  
Principium sacri cui dabit ara fui.
- S**ic ego: quum dixit: nascentis ducitur ara  
Huc mihi: vt occurram sic pater, ille patri.
- A**me nam veniens in natum definit annus:  
Surgit & a nato: sacraq; gyrus habet.
- O**eto inde & nobis (ceu saturnalia) luce  
Dant per tempula aris munera, perq; domos.
- H**inc quæ vni dabitis: pariter sunt sacra duobus:  
Araq; seiunctum non sibi munus habet.
- I**ngrediens Ianus res commendabat agendo:  
Qui tuus es, dixi: num quoq; cogit idem?

Petrus et  
Pa. et po  
tifex, &  
nauis in  
monetis  
signatur

Annus  
ericeps, è  
nō secus  
ac deus.

Ianuari  
us deo  
trino sa  
cer.

Ianuari  
us Decem  
bri occur  
rit.

SACRORVM FASTORVM

**N**e sit iners rebus tunc prisci temporis annus:  
Annus li batur, a Res sibi libabant hac, aut ille die.

**N**e tuus annus iners ibi sit: tu sacra frequenter:  
christia nis in sa eris tan tum. Inde sit auspicium rebus ut omne tuus.

**L**uce quoque hac, dixi: præbebant vocibus aures:  
Dicimus hac num nos hinc bona verba die?

**P**ræbebant aures veteres tunc vocibus inquit:  
Præfentes quoniam non habuerent deos.

**A**t quia nunc coram tibi cœli cernitur author:  
Omnibus pondus præbeat ille tuus.

**F**inis erat dicti: dicto quin protinus addo:  
Tibici nes, pro frena. Quid tuba, quid carmen, postulat ante fores?

**H**acc, ait: ob natum gratari forie solebant:  
Gaudia præuertens nunc sibi nūmīmus habet.

**C**armina cantantur: cantatis æra petuntur:  
Sim tuba, sim Cytharæ, sim tibi carmen ego.

**D**ulcia palma dabat, cum palma carica prisci:  
cū stipe instaurātur. Nos quoque cum trita cur nuce mella damus?

**P**ræterea, tempus hac cum natale requirat:  
Cum non nascaris: cur stipis æra petis?

**A**n veluti prisci nos præcipis acta referre:  
Omen ut æra ferant: dulcis ut annus eat?

**N**ascitur ante mibit legi nunc nascitur inquit:  
Dies na talis & octaua eadē. Estq; ea natalis vtraque dicta dies.

**D**ulces ære dato sic instauratis honores:  
Nec minus hac, illa munera luce placent.

**C**ætera ne queras: proprio tibi plenius anno  
Ille canet: stabit quam puer ante pccus.

**T**unc ego: cur non est pariter communis? adi<sup>o</sup>  
Est honor, est eadem si focus aratribus?

- E**st laterana meo : madet illic ara cruore :  
**Q**uem puer octaua fuderat ille die.
- P**incipia tecta manent , hortorum proxima collis :  
 Elysij titulum qui tribus vrbe facit.
- H**inc vaticanum , non moto pectore , teclum :  
 Cœliolum cerno : Ianiculumq; simul.
- D**ixerat : Et si quid iam querere forte volebam :  
 Posce ait : hinc certa nam tibi voce dabo.
- T**unc ego sic : verbo pater o' qui cuncta creasti :  
 Rex , Pater , & Cæsar , tres tua regna tenent.
- A**ethere tres unus vos sydera pace tenetis :  
 Da rogo : pace hi tres inferiora regant.
- H**aec ego : quum subito nutu tremefecit Olympum :  
 Terq; tonans micuit : ter tonuitq; micans.
- C**umq; sono in liquidum se sustulit æthera nubes :  
 Igneaq; à tergo visa columnæ sequi.
- P**ax & erat : Pauli munus : quæsita per orbem  
 Hoc duce per terras ambulat illa suæ.
- D**i seruate igitur Patrem & cum Cæsare Regem :  
**Q**ui terram , ut coelum trinus & unus , habent.
- N**ate paterq; etiam sancto cum flamine , nobis  
 Vnum qui facitis , tergeminuq; , deum.
- V**t tribus annuntis iam in pace regentibus orbem :  
 Annuite huic operi , carminibusq; meis.
- C**interea ad sacrum teneræ properate puellæ :  
 Annus ut à vobis incipiendus eat.
- I**te : sed intacta velentur corpora vester  
 Hac decet in primis vos nituisse die.
- P**ura placent superis : lætatur virgine virgo :  
 Tendite iam castas vt facit illa , manus.

Potifex,  
 Cæsar &  
 Rex , tri  
 nitatis i-  
 mago.

Pax , &  
 Pau. iii.  
 pacatis  
 principi  
 bus.

Circuci-  
 sio dñi  
 festū in  
 ara cœli

SACRORVM FASTORVM

- T rans Tyberim fuerat: nunc in Capitola ducit  
Ara: trahat molles ne via longa pedes.
- L ecta deo sedes fuit hæc natalibus horis:  
Et titulum partus, & parientishabet.
- M agna Iouem quondam spectauit Creta sub antro:  
Santa sub hoc sacro marmore Roma videt.
- Templū V eonis excelsō fuit hoc quod verticē templum:  
Parui Iō  
nis in si-  
gu. chri-  
sti pueri
- N ec tribuere Ioui sua fulmina: fulmina parvus  
Hic nec habet: dextram cerrite: inermis erit.
- E st tamen in fœno: circumq; tuetur ouile:  
Ducat vt hinc placidas signifer agnus oves.
- I uncta seni puerum miratur virgo marito:  
Atys in  
figu. chri-  
sti et Cy-  
bel e vir-  
ginis.
- S ed iacet, vt Cybeles saxo puer, ipse secundus:  
Virgo sed hæc Cybele est: sed deus ipse puer.
- A nte deos populis placabant farra per aras:  
Additaq; his puri lucida mica salis.
- N ullus erat culter qui aperiret viscera tauri:  
Primitiæ frugum vic̄tima pinguis erant.
- A st ubi plus libo placuerunt exta iuueni:  
Ad sacra numinibus hostia cuiq; fuit.
- V entum erat ex illis humana ad viscera cultris:  
Non intellectus dum petit exta deus.
- I sacus hinc nudus genitoris palluit ense:  
Isacus ē  
figu. chri-  
sti fuit.
- S olueret vt tenebras: de summo venit Olympo,  
Verus mente deus, corpore verus homo.
- H ic ubi sublimi patefecit in arbore corpus:  
Hac quoq; qui sensit vulnera prima die.

- O**mnibus è ligno sacrum monstrauit & aram:  
Sanguineq; à pecudum far redit ante deos.
- E**x authore suo retinent libamina nomen:  
Farrap sunt corpus, sanguis & vnda merum.
- I**nq; dei nostri viuunt formata figuram:  
Quodq; dominat hostes: hostia nomen habent.
- L**uce sed hac nobis hæc luxit gratia primum:  
Aq; salutifero sanguine prima madet.
- V**nde sed hic mos est genitalia summa secundis:  
Et cur sit lux hoc nomine dicta canam.
- D**um putat Abramus genus vnde agnoscere possit:  
(Auctus enim nato federat ille suo)
- I**deus, huic dixit: saxo lanietur acuto  
Pellis: ab octavo quum redit orbe dies.
- D**ixerat: admonitus pater intellexit: & inquit:  
Fallor: an hæc pellis sunt mihi signa maris?
- S**ic erat: aurata prodit cum veste sacerdos:  
Atq; tenens pueri mollia signa, refert.
- Q**ua nocet Adamus, meus hic hac parte fecetur:  
Pars eadem ut populis vulnus, openq; ferat.
- H**æc dicebat: onus saxo quum pellis ademit:  
Nomen, & exemplum gentibus inde dedit.
- P**erstat adhuc illis vetus hic mos: pulsus ab vndis  
Est tamen & nostris res aliena sacris.
- H**inc, hac luce deus quod circumciditur infans:  
Lucifer antiqui nomina moris habet.
- S**ed data certa nota est: totiq; salutifer orbi  
Dicitur: & titulum littera graia facit.
- P**rocidat omne genu: mare, tellus, sydera, venti:  
Pendet ab augurio nominis orta salus.

Missia  
Missia  
velmissa  
hostia.

Circunci-  
sionisori-  
go ab A-  
bramo.

Bis geni-  
to deo  
bis hono-  
res tribu-  
untur.

SACRORVM FASTORVM

I nstaurate dapes : sacrum bis tradidit aras:  
Natus enim legi est : natus ET ante patri.

B is sue læta dies cæsa est : bis Curia donis:  
Bis cum melle stipem turba propinqua petit.

H oc deus ipse probat : hoc usus præcipit annis:  
Hoc ET amat ritus : sacra p nostra iubent.

Oreus et **C** Addere consilium , sacris sua sydera rebus :  
occasus syderum **Q** uæq; cadant cœlo: quæq; orientur , erat.  
additur S ed par ille deo est : oculis qui subiicit astras:  
sacris. **Q** uiq; potest pura sydera mente loqui.

**C** um superis nostrum mutauit sydera cœlum:  
Diuersumq; ferunt lapsaq; , ET orta locum.

P uer **P** ande vias cœli , cœlo puer edite : vosq;  
Christus Est quibus ætherias scandere cura domos.  
Stella co A etheraq; ingenio (si fas) supponite nostro:  
gnitus. Ponimus ad certos dum noua signa dies.

**P** ræsepe vespere **S** astor oues igitur septis ubi luce sequenti  
Clauserit : ET fusco venerit hesper equo.  
exoritur i quis ab his terris cœlo sua lumina tollet:  
Et volet humanis altius ire locis.

**I** d quo d heri in templo , de templo cernet in astris:  
Præsepe in prima nocte nitere face.

**C** reuerat ipse humili magnus deus orsus in antro:  
Cesserat ET nostro Creta superba Ioui.

**S** tramine quum immensus surgens ante ora suorum:  
Amplexensq; suæ colla parentis ait.

**H** æc mibi procunis iam sint : in quo ipse iacebam:  
Tu præsepe poli sydera sume mei.

**H** actenus : ET iecit patrio cunabula cœlo:  
Forma subit Stellas : cætera terra tenet.

Pœnum  
præsepis

- Vtq; forent tanti monumenta perennia facta:  
Qua rubet his Cancer: signa locumq; dedit.
- Sed cur astra suo properant decadere cœlo?  
Et citius solito lucifer urget equos?
- A dæta bis senis lux est natalis ab ara:  
Nominaq; inspecto sydere graia refert.
- An quia non falsit syðus, sed syderis author?  
Effulgentis habet numinis illa notam?
- P ars negat hoc: idem sed quod sit visus in antro:  
Credidit à viso nomen habere diem.
- F estum & pascha vocant: non & stata festa sacerdos  
Mane sacro indicit: cunctaq; spargit aqua.
- M irificaq; alij dicunt: plebs nomine regum:  
Inq; suum vertit tempora clara forum.
- O mnibus è causis, ne certior erret origo:  
Iudicio vera est prima reperta meo.
- V era sit illa licet: cur huic dare nomina reges  
Plebs putat: alternis dic mea musa modis.
- E rgo dei sydus nabatheo illuxerat orbis:  
Vnus de ducibus quim properemus ait.
- A ttoluntur equis: arabes linquuntur & indi:  
Quiq; bibunt Gangen: & freta rubra secant.
- Quam cito di superi, Solymarum mœnia tangunt:  
Quam cito ad Herodem fert noua fama metum.
- I am loca contigerant: suppressit lumina sydus:  
Antrum adeunt: autri pro fore nullus erat.
- V idit ut hos virgo: petimur conterita dixit  
Sancte senex: fœno conuoluitq; deum.
- Vt venere duces (quod adhuc seruatur ad aram)  
Ante deum posito procubuere genu.

in reli-  
quiis.Epiphæ-  
nia dñi  
variis de  
causis di-  
cta,Festa mo-  
bilia id  
cuntur.Epiphæ-  
nia à vul-  
go festa  
regum di-  
citur.  
Magi vi-  
sa stella  
eunt ad  
præsepe.Magi  
deo dant  
dona &  
miratur  
i loco ita  
humili  
esse.

SACRORVM FASTORVM

- T**unc deus inspecto risit pueriliter auro:  
Extensa donum continuitq; manu,
- F**it mora: mirantur numen tam paupere teclto:  
Tamq; ferè nuda ponere corpus humo.
- H**erba torum dederat: fuerant cui sydera lectus:  
Cuiq; casa angusta est: huic domus ante polus.
- D**iscite magnanimi sublimia temnere reges:  
Pluribus ad superos hæc via fecit iter.
- M**agi nō **H**oc aliquis dixit: regesq; hos credidit idem:  
reges. **A**' quibus hanc diē tam plebs putat esse diem.
- R**egnorū **S**ed cur regna vocant: cum sint coniuia: dicant:  
ī cōiuīs **Q**uid clamor, quid fax, quid chorus ipse petat.  
**o**rigo. **N**ox erat: admonitu forte illis mota diebus,  
Ante dñi stabant rustica turba casam.
- C**onuenere duces, pastoralisq; iuuentus:  
Bruma erat: imponunt grandia ligna foco.
- S**tabat adhuc tenero vestitum gramine pratum:  
Festa parant: festis expediuntq; dapes.
- P**rimi duces retinent loca vinceti tempora lauro:  
Discubuntq; alij: qua facit herba torum.
- V**ina dabant famuli: laudabant vina bibentes:  
Finis erat: choreas implicuere rudes,
- P**arsq; faciem gestat: pars velat cortice vultum:  
Parsq; canit stipula: certaq; verba resert.
- P**laciēte **F**orma manet facti: reges imitentur vt ipsos:  
venales **E**vigilia ad crean **C**onueniunt: festos instituuntq; dies.
- re**ges. **N**octe coronatis qua hesterna clausa placentis:  
Regesfa **V**enditur: vñcta croco culta Popina tuo:  
bædetti, **S**ors datur: illa faba est frustis intuenta: ioco sum  
fabare **p**erta in placētis.

Lectus

- L eccl<sup>is</sup>us erit: parat ille suo coniuia sumptu:  
Sæpeq<sup>ue</sup> collata sunt ea grata stipe.
- P ocul<sup>a</sup> præbentur: prorumpit in æthera clamor:  
Rex & io ingeminant: rex tamen ipse babit,
- O cia sunt epulis: exercent nocte choreas:  
Atq<sup>ue</sup> prometheam sydus<sup>is</sup> in orbe facem.
- O ra tegunt: & quæ creuerunt temporis usq<sup>ue</sup>:  
Scenaq<sup>ue</sup> dat ludos: donaq<sup>ue</sup> Mimus habet.
- Q uodq<sup>ue</sup> putant regum quondam sub nomine factas:  
Has epulas regum nomine regna vocant.
- A d<sup>icit</sup> atras luges solitum hæc producere vulgus:  
Ociaq<sup>ue</sup> exactis saepius annus habet.
- A dijciam sortes: & cur hac forte putemus  
Nocte loqui pecudes: somnia vera dari.
- T empus, vina, iocus, lassarant corpora: quum sic  
Regibus è turba forsitan unus ait.
- D icite signorum quæso cœliq<sup>ue</sup> periti:  
Huc quoq<sup>ue</sup> vos quando Stella venire iubet.
- N um sors cuiq<sup>ue</sup> manet: deus hic num subiacet illi:  
Hocq<sup>ue</sup> anno nobis nunquid ouile dabit?
- S tella quidem sors est: ex illis rettulit unus:  
Cuiq<sup>ue</sup> manet: regnum pluribus illa dedit.
- H oc dabit & pucro: qui sistet ouilia patrum:  
Maximus & magno pro grege pastor erit,
- D ixerat: & coram piëtum locat inde libellum:  
In quo plebs simili nunc sua vota iacit.
- R isit turba notas: laurumq<sup>ue</sup> oleamq<sup>ue</sup> petiuit:  
His & ait fatum nos quoq<sup>ue</sup> sæpe damus.
- P hœbus amat laurum: prædict<sup>us</sup> carmine Phœbus:  
Docta Minerua: virens huius oliua fuit,

Ludus fa  
culæ a  
facula  
Promo-  
thei &  
stella re  
gum.

Q uid  
sit sors i  
festo Epi  
pha.

Liberor  
um unde

SACRORVM FASTORVM

V ix ea : quum frondes crepitantes iecit in ignem:  
Vulgus adhuc series vnde referre solet.

A Italia credita loqui ea nocte.  
H inc equus inde greges tunc ad præsepe iacebant:  
Quum pecus humana voce locuta refert.

C edite : non frondes , non fatum , talus , & ars , hæc  
Sed deus iste puer , sed dea mater habet.

D icta probant : contra quod sunt iumenta locutæ:  
Credimus in dominos hac quoq; nocte loqui.

A bscedunt somno moniti , versaq; figuræ:  
Scilicet Herodes decipiendus erat.

N octe quod hic somnus non illos mane fefellit:  
Vulgus mane dari somnia vera putat.

S unt quoq; nunc plebi : si vos prouerbia tangunt:  
Nati Epiphania festa abidere via.

Sol i A: Q uarius at hinc oriens vbi luce retexerit orbem:  
quario Noes in figura pro accipiet Noes pro Ganymede locum.

lim ante deucalio nem. A ut puer ideus si dignabitur illi  
Cedere : cum nectar misceat ipse Ioui,

Q uod fuit huiani generis reparator in vndis:  
Cum phœbo , pulso Deucalione , micet.

Dimidiū cancri ritur. Media byems Antonio abbasi. C Indeq; ter dederit quum prima crepuscula Titan:  
Dimidia Cancer parte videndus erit.

C Altera ab hac veniens hyemi discrimina ponit:  
Aequaq; quæ abscessit : quæq; sequetur erit.

C At quarta è cœlo quin lumina tollet Eous:  
Deteget & terras : decutietq; gelu.

P andet in exq;ilijs vigilata nocte suburram  
Ignifer : & stabit cum sue flamma suo .

F ax. & equus sua templa petent : comes ibit asellus:  
Fit via iumentis : dum sua dona ferunt.

- Flamma quid ergo refer poscil : quid munus equorum:  
Sancte senex : ritus admoneasq; tui,
- Hæc ego : demisso quum protulit ora cucullo:  
Atq; ait extensa talia verba manu.
- Riserat hunc Balacus (dicens ostenderat ignem)  
Est mihi qui Stygio factus ab hoste meus.
- Inq; sacerdotes tulerat ferus agmina nostros:  
Pressit equum : pressum terruit ignis equum.
- Labitur : in lapsum rabidus tulit ora iugalis:  
Calcibus et morsu dilaniauit herum.
- Qualis ubi Hippolytus furijis distractus equorum:  
Aut qui threicijs esca feruntur equis.
- Auxerat hoc aram : casum sibi quisq; timebat:  
Fax et eques veniunt : gestat asellus onus,
- Quadrupedumq; datur demum mihi cura ferarum:  
Et quoscunq; vides nunc dare munus equos.
- Dixerat : accensam grunnit quum porcus ad aram:  
Postula : ait nostras hic docet esse feras.
- Iste sed est mutilus : collo tua concutit ærat  
Noscere quo possis : ne noceatur , ait.
- Esq; meum gestat : baculo quod cernis in isto:  
Quodq; rogans æger , collaq; multa gerunt.
- Desierat : summo quum quid nam poste rogaui:  
De ferro soleæ crura ue secta , volunt.
- Ferro vota notat quadrupes : sed crura furoris  
Postibus hæc pendent admonitura mei.
- Æmina , virq; , tibi quare , quum farta queruntur:  
Tollunt ante tui numinis ora facem?
- Æmina , virq; , mihi facit hoc : subrepta neganti  
Prouocet ut flaminas ignis ab igne meas.

Ignis . S.  
Anto . a  
dæmone .

Quas  
drupe-  
des dōa  
ferunt .

Porcus  
Antonii  
pro aiali  
bus si-  
gnum .

Crura su-  
per po-  
stes et so-  
leæ fer-  
reæ fori  
bus affe-  
xx .

SACRORVM FASTORVM

- M**e quo p̄ coguntur fures in verba vecare:  
Et sacra tangentes numen adire meum.
- P**eierant  
**s**acros  
**i**gne pu-  
**n**iuntur.  
**N**udieat  
**a**t arā.  
**C**ādēlē  
**a**ccēsē.  
**H**ac die  
**i**nterdū  
**p**ersona-  
**i**ūcīpiūt.  
**E**pulum  
**p**ublicū i-  
**e**ius aēdi-  
**b**us.  
**P**ueri sā  
**et** spūs  
**ē**st a l su-  
**d**arium.  
**F**abiano  
**et** Seba.
- V**era negant: iurant: odit perjuria flamma:  
Ira p̄ virus habet sapientia inde mea.
- D**ixerat: ante focum cū nudos stare lupercos  
**Q**uum vi: eo: cū sancretulii ille mihi.
- S**ub Ione sic nudus toleravi frigus & imbrē:  
Cernere quāq̄ tuli corpora nuda placet.
- H**ec mihi: velabant ardētia lumina sacrum:  
Cur rogo: placatur ignis ab igne refert.
- P**ros p̄icio: stabat depictus ad arcta viarum:  
**Q**uāero: cum igne locos ut venereris ait.
- O**ua firebat anus: persona sonabat ad aram:  
Det causam vulgus: det tibi dixit anus.
- H**actenus: & solium pressit sublimis aceruum:  
Stabat & ante pedes multa tabella seni.
- D**ona ferebat eques: capiebat dona minister:  
Dumq; capit: capta pro face spargit aquam.
- T**urba p̄ fit tecto: tota clamatur in arā,  
Cum daret hoc epulas: cum daret illa preces.
- E**rgo pater dixi: tecum sit cura tuorum:  
In parchosq; ignes, & tua tela iace.
- C**Vaticana tui pueri sacra templa subibant  
Saxia: erat domini prima quod orta dies.
- I**tum erat hic: sacræ coram sonuere sagittæ:  
Lucifer & pleno tempore quartus erat.
- T**unc ego: cui referam sacrum socio, ne tibi, ne:  
Ex adytis inquis quum Fabiane mihi.
- Q**uod referes vni: referes studiose duobus:  
. Nomine quum sumus: non sumus igne duo.

- A dsis ergo mihi dixi : qui spicula torques :  
 Q ua via , qua porta est , nomine dicta tuo .
- N ude quid expectas : nudus stat diuus ad aram :  
 Nudus obit : nudus corpora nuda petit .
- I ueris : hac factas venereris nocte sagittas :  
 Durus et articulos annulus orbe iuuet .
- S enserat hic vulnus : quod vulnus senserat aufert :  
 Atq; dat his dictis ausonis ora fidem .
- N eglectus sua tela capit : prece sumpta recondit :  
 Q ua fuerit pictus , si sapis ille , caue .
- S ed satis hæc : maias reuocat quum belliger aras :  
 Tunc mihi tunc magna voce sonandus erit .
- C Nomentana vocat : filet appia : postera lux est :  
 Iręp succinetas aspicit illa nurus .
- D iua faue : niueo cui factum nomen ab agno :  
 Musa mea est sacri si studiosa tui .
- S i tua deduxi mecum qui sacra viderent :  
 Et si deducetis non via longa fuit .
- E cce coronato sed victima fertur asello :  
 Ore fauete : agni sunt tamen illa duo .
- P onitur ante focos : connubia læta puellæ  
 Poscite : bis nupsit nam pia virgo deo .
- Q uosq; tulit longos orate ad colla capillos :  
 Repperit unde sibi saepe puella virum .
- S ed iam spargit aquam : iam concinit ore sacerdos :  
 Subsecat & vellus : poscere cuiq; licet .
- P ar erit hoc cerie : fuerit qua corpore tonsim :  
 Corpore id hac nostro ferre putatur open .
- A nte suum reges cingebant vellere pectus :  
 Pantheræ Euander : Romulus ipse lupæ .

Nudieūe  
ad aram  
armuli et  
sagittæ  
fune

Agnetis  
via No-  
mentana .

Lana a.  
gnorum  
sicut A.  
gnus dei  
ex cera  
petitur .

SACRORVM FASTORVM

- M os venit ad patres : agni de vellere torquis  
Pallia Alba fit : at virgo pectine densat opus.  
pronous I nsuitur lino solenni fascia plumbo:  
Sacerdo tibus ex Sacraq; fit munus patribus inde nouis.  
lana a= A nte tamen bustis fratrum requiescit ad aram:  
gnorum. Sanctaq; fit tactis ossibus, aucta prece.  
Pallia su per offa H inc viuum comitatur herum : nec morte relinquit;  
p. & p. Cui quod gesta palam , pallia nomen habet.  
ponitur. P ontificis fieri capitis quoq; tegmina credunt;  
Lanigeri unde docet se gregis esse ducem.  
P ellitosq; sui proceres circum aspicit agniz  
Hi pro quo similes in statione manent.  
Agni a Teste natatoris populo data dona se a arae:  
S. Ioane mittatur Q uoq; modo venit : victimam bina redit.  
Agnei. D umq; tamen redeunt : populo velluntur eundo:  
Et pietas illis e via longa nocet.  
A ut breuis : aut dempta est his lana : feruntur ouili:  
Crescat vt hæc : placidas inter aguntur cœs.  
A ntiquip memor moris commendat eentes  
Pastor : e Agnetem nunc colit : ante Palem.  
Q ua patri est Baccho : tibi qua Constantia templum  
Interea recreant corpora fessa nurus.  
Fabæ dā P arsq; fabas pescit : violas pars nausta : lacertas  
etur ispor tulam. Dum paueit : approparet tempora veris ait.  
S i qua parens facta est : natos imponit asello,  
Non fecis ac agnos pertulit ille modo.  
P ergz viam uectis longam ientacula præbet:  
Hic e ait vobis cras quoq; fiet idem.  
Vincen. C Postera lux aderit, sacris operata duobus:  
D ana flasic. Q uiuum complexa suos læta resumit iter.

- E**t nomen tana dudum lassata: subibit  
**Q**ua titulus portæ est: qua tibi Paule viæ.  
**C**Nox vbi quarta suo diffundet sydera cœlo  
 Anguis ab ensifero pulla venena feret.  
**V**t perhibent: illa nam ponit nocte veternum:  
 Et capit à tristi gramine pastus opes.  
**Z**ona refert anguem: nulli sit proxima lectio:  
**Q**uam procul est illo: tam procul anguis erit.  
**I**lle torum primi violavit dente parentis:  
 Secubet hac coniux nocte pudica viro.  
**C**M ensis ab extremo lux septima fulminat ensi:  
 Et ducis à verso pedlore nomen habet.  
**E**st sed clara dies: cuius gaudete colonis:  
**Q**uilibet hic vobis fertilis annus erit.  
**B**ella gerunt venti: gaudebit sanguine Mauors:  
 Nubila sunt: aderit cum lue dira famæ.  
**N**e quis vana putet: seruauit signa vetustas:  
 Notaqz tarfiacis esse feruntur auis.  
**O**rbes anguis habet, conformes orbibus anni:  
 Vnde seni credunt talia iure dari.  
**I**am dicturus eram: cur illi pareat anguis:  
 Voce sed à iuuenium munera mensis erant.  
**C**Nunc quoqz conuersas sibi postulat ara puellas:  
**Q**uae, quia conueniunt nomine: thura ferunt.  
**C**Quarta repellebat radijs Aurora tenebras:  
 Optabam rostrum corue referre tuum.  
**I**pso sed adueniens iterum rem intercipit Agnes:  
 Ante trifontanum diua secunda diem.  
**C**Quæ sequitur festis rescrabit quatuor aram:  
 Inter quæ cœli tempora scala pehit.

Angues  
nocte cō  
uerzionis  
expergi-  
scuntur.

Viri cū  
vxori-  
bus nō cu-  
bant.  
Festū cō  
uerſiois.  
Progno-  
ſtīca quæ  
eo die  
ſunt.

Figura  
anni dra-  
cō infle-  
xus ad  
caudā ē.

Conuer-  
ſis puel-  
lis in ea-  
rum cœde  
ſacrum.  
Roſtrū  
corui ma-  
tutino o-  
ritur.  
Agneti  
ſecundæ  
festum.

SACRORVM FASTORVM

- Q**uisquis es : hic diuum supplex veneraberis ossa:  
Proximus ex illis nomina collis habet.
- T**rifon-  
**c**anum à  
**t**ribus fō  
**c**ibus de  
**s**altu ca-  
**p**itis. **P**ectore qui dudum verso conuerterat ensem:  
Inqz dei partes hos̄pes ab hoste redit.
- S**ubdiderat stratus romanæ colla securi:  
Oraqz tot populos quæ docuere deum.
- E**x humeris subito , quum scuæ vulnere dextræ  
Ter caput assiliens, fonte ter edit aquas.
- T**res totidem casus construxit fontibus aras:  
Perpetuumqz trium nomine dixit opus.
- Q**ui profitere deum gradibus descende per vndas:  
Spargeqz descendens ter tibi rore caput.
- T**er bibe : numen habent : nostris mendacia verbis  
Sint procul : incolumis qui bibit inde redit.
- P**ostremi obscuram si quis mirabitur vndam:  
Plus terræ dicat , plusqz cruoris habet.
- P**ortatur **O**mnia reddentur madido felicia ramo:  
domum. Tecto si pure sumpta feratur aqua.
- Aqua** **S**ive quod illa suis saluos agit haustibus ægros:  
**saulia.** Inqz suas vires languida membra vocat.
- S**alvia i-  
**s**cribitur  
**s**ed sau-  
**lia a Sau-  
lo dici-  
tur. **I**lla quod est eadem quoqz nomine dicta perennis:  
Soluitur & primus quod mibi forte labor.**
- D**a pater : es tu etiam studijs quia gloria nostris:  
Hoc tecum ut sacro fonte perennet opus.

Explicit Liber primus.

SACRORVM FASTORVM  
LIBER SECUNDVS.



**C**In hoc mense Februario, ramus lauri, virga pinea, lana, farra cum sale, purgamina fabulosa verificantur in facultate cereis ex filo lanæ bō bicinæ, & sale aquæ sanctæ, qua illis benedicitur in purificatione, & hostia ex farre: suntqz illæ cum his vera purgamina. Tutela olim Neptuni: nunc Petri apostoli piscatoris.

Rimus habet finem cum primo mēe libellus.

Este duces Elegi cura secunda mei.

I am te alij Cæsar: nos sacra canamus et aras:  
Res licet hæc breuibus sit quoqz magna rotis.

Vit sit: erit laudi: pater hanc modo sancte sequaris:  
Auspicijs cuius per freta vela damus.

Ferre Ioui nequo cum Cæsare ab hostibus arma:  
Ireqz in auratis curribus ante deos.

Quod licet, ista tibi gerimusqz, damusqz, trophyæ:  
Sacraqz cum titulis, numinibusqz tuis.

Quæ, quia tam paruis didici procedere pennis:  
Hæcqz meis humeris sarcina major erat.

Gräta ferasz certe voluit mea misa probare:  
Exiguas vires pectoris esse mei.

SACRORVM FASTORVM

- Potifex  
pro Si-  
mone.
- Q**uare tu quoniam cum virgine sanctus ad aram:  
Inuenieris, primis pro Simeone sacrificis.
- Q**uanlibet adjicias, sumpto pro carmine, vires:  
Hoc opus, ut duce te, quo pede coepit eat.
- N**e sacrum interea fallat, ne mensis in anno:  
Vnus ab adiectis iste duobus erit.
- Februa.  
28. diez  
rum est.
- S**it licet et breuior: fert tempora quarta diei:  
Bisqp; sibi expleto nomen ab asse facit.
- N**empe quod Egeriae non viderat ante marius:  
Cum daret hunc anno: Cæsar id ipse videt,
- Februa.  
veteru.
- F**ebrua dicebant: quæcūqp piamina prisci  
Purgabant illis corpora nostra prius.
- Februa.  
veteru i  
figu. can  
delastru  
erant.
- I**lla sed his laurus, pinusqp, & lana, fuerunt  
Regis: cum mica, farraqp tosta, salis.
- Q**uid facerent: culpæ nondum qui virgine causam  
Tolleret: incestam cœde piarat humum.
- A**st ea, quæ nunc sunt: sint ut purgamina vera:  
Dat dea eas illis purificata fidem.
- A**lare pontificum poscuntur februa mane:  
Illaqp poscenti candida cera datur.
- P**urior hæc lauro est: lanaqp beator omnis:  
Sanctior & pinus farraqp vera magis.
- P**ost primam ergo diem, nos ut distare putemus:  
Hæc datur: & titulum mensis honoris habet.
- Purifi.  
virginis
- E**cce sed exoritur face multa lucifer: huius  
Dum vocor ad causam nominis, alma faue.
- L**æta fuit tepidis olim carbonibus arat:  
Nunc ea virginis nuncra mellis habet.
- Candela  
à cādore  
ignis hic
- I**gne quod his candet fax cerea nomina cepit:  
**Q**uodqp frequens hodie est, hinc sacra dicta dies,

- T empore non alio maior concursus ad aram:  
 Non quia sacra iubent: sed quia cera datur.  
 candelaria nō cā  
delora.
- V na nec ara satis: tota discurritur vrbē:  
 Et laus est multas obtinuisse faces.  
 am pater inuehitur, sacro comitante Senatu:
- Q uisquis ades: celsus dum sedet, ore faue.  
 A ra ſtat: & plena munus ſuffit acerra:  
 Discolor & pura cera piatur aqua,  
 amq; ille ē ſolio cōetus admittit euntes:  
 Itur & ad ſanctos per loca multa pedes.
- E eda datur: patres poſcunt: poſcitq; Senator:  
 Perq; gradus digni plusq; minusq; ferunt.
- A ra fores pandit: felix ſibi curia donum  
 Sumit: & abfq; illo rarus ab æde redit.
- G rande dat exemplū: totam nam culta per vrbem  
 Q uod pater hic: populo quælibet ara facit.  
 æpe tamen nulla queritur vicinia teda:  
 Sæpeq; nobilibus non habuisse dolet.
- V t careant voto: nec ſint in tempore ceræ:  
 Dentur ut his: tediſ non erit vna dies
- M enſe ſub extremo quærerentem munera vidi:  
 Munera quærenti debita cera data eſt.
- V nde ſed eſt huius facis uſus, diſcere quærif:  
 Curq; nouis ſacris, addita pompa faci.
- C orte Ceres tecum mensas Arethusa petebat:  
 (Non trahet in longas fabula priſca moras)  
 one ſequebatur magnam Proſerpina matrem:  
 Ver erat: ad flores rettulit ora noſtos.
- æta ſinus implet: ſocijs ſeiungitur ipſiſ;  
 Mater abit: ſolis reſtuit illa lotis.

Facibus  
benedici  
tur.

Faces dā  
tur mul-  
tis die-  
bus.

Facis &  
pōpae in  
hoc feſto  
origo.

SACRORVM FASTORVM

R ex videt umbrarum : visusq; cupidine captus  
Occupat : & velox in sua regna trahit.

R apta vocat matrem : clamore exterrita mater  
Vertitur ad comites : & mea dicit ubi est?

D icit ubi est : subito loca quum d uersa pererrat :  
Est tamen in nullis illa reperta locis.

Q uid faciat : nox est : nec nocte morabimur inquit:  
Accenditq; faces ignibus Aetna tuis.

Fax pri-  
ma ex-  
pinu fuit F axq; fuit pinus : primus facis vsus in illa:  
Repperit : inuenitæ festa fit illa dies.

N upta fuit Diti : teda hic celebrare calendas  
Mandat : erat mensis manibus iste sacer:

R oma deam coluit : Cereris qua sita quod igne est:  
Institui pompam matris honore iubet.

G estariq; faces : fora circum has ipsa ferebat  
Hesterna ardentes plurima nocte nurus.

N ascitur humana vestitus imagine : secum  
Attrahit & multo sydere nocte duces.

R edditur & templo , mater comitata puellis:  
Sacraq; post primam lux ea mensis erat.

Cereris  
lustratio  
in fig. pu-  
rifi. vir. M agna quod hæc mater , mater magna illa quod cffet:  
Deseruit pompam virgine uicta Ceres.

I nduit hinc vittas patrum . procerumq; coronas:  
Et prodit , multa conspiciturq; face .

R ostra petunt : vehitur pater ostro , pictus & auro:  
Ventum erit : ad populum cerea dona iacit.

F rangitur in partes minus , fit præda potentis:  
Omnibus & templis pene videtur idem.

C ausaq; cur fiat : non est obscurat pueratur  
Hac matrona die non habuisse suam:

Mæsta domi, ritu, stetit ut forte illa, relicto:  
Ante deam rubuit: depositusq; caput.

Malra  
ange  
lus in so  
no facu  
lam lace  
rant.

Nox, dolor, & lachrymæ, somnum fecere iacenti:  
Accipit à diua victa sopore facem.

Aduenit alipotens: segnem, immemoremq; , laceſſit:  
Da & tedam cum non hanc mercaris, ait.

Hactenus: & manibus tentat diuellere ceram:  
Vimq; infert: latam reppulit illa manu.

Nilitur abreptam dum sumere fortis vterq;:  
Scinditur in partes cerea præda suas.

Excuditur somno: vigilans rem repperit ipsam:  
Anteq; miratur munera fracta pedes.

Missilis ex illo faculæ dependet origo:  
Plebsq; facit: faciunt forte quod ante duo.

Hinc per templa furor, subit binc noua bella sacerdos:  
Fitq; iocus pueris diripiturq; palam.

Sacerdos  
a pueris  
distrahi  
tur.

Sæpius exustus crinem, impatiensq; rapina,  
In medio sacras agmine linquit opes.

Gaudet magna parens factio: fieri q; quot annis:  
Nocte quod in cera fecit vterq; sacra.

Ecce sed in calidis turtur deponitur aris:  
Albaq; dat gemitus iuncta columba mari.

Prisca recensentur grandæui oracula vatis:  
Accipiat flammas fax data cuiq; nouas.

Par colū  
barū vir  
ginis.

Intra hanc dicam cur noxia pellere teſto  
Credimus, & cera ſæpe iuuare sua.

Sæcile ad templum, ſeſe voluentibus annis,  
Iret ut ipſe ſenex: venerat ipſe puer.

Accipit hunc vates: vatem gerit ille gerentem:  
In puerō puer eſt factus & ipſe ſenex.

SACRORVM FASTORVM

V idit vt hunc : ignes subito concepit : & inquit :  
Viderunt oculi quod cupiere mei.

Simeonis M ater aue : castas inter venerabere nymphas :  
vaticinii Cum nato , rerum ius erit omne tuum.  
de christo pueri F ama sed heu , pariet vulnus : peperisse dolebit :  
Hactenus : & medio est lingua retenta sono.

P alluit his virgo : saxo & moestissima sedet :  
(Extat adhuc) & alt da meliora puer.

I ndeq; complectens magno dedit ubera nato :  
Fouit & amplexum : ceu modo semper agit.

H inc nos , mane licet sancta sumatur ab ara  
Thureq; , & a pura tacta feratur aqua.

Q uod suus his rebus , quas dudum instare canebat :  
Exitus accessit : verbaq; naeta fidem.

C redimus accensas expellere tristia ceras :  
Vsibus & nostris pluribus esse sacras :

Initium ve CHec eadem dubio si non me frigore fallit :  
ris sed re Prima sibi nitidam tempora veris habet.

stat hye mis. xl. H æc ego : quum fateor , si das prouerbia , dixit :  
dies. In facis hac hora frigus abisse foras.

Lux re spondet. S ed quater his denas luces sol imperat addit :  
Tactaq; qua est illo : sub nube stabit humus.

E rgo quater decimos iungas ad frigora soles :  
Atq; tibi haec hyemis signa manentis erunt.

Dux ge neralis ecclesiae A Tunc quoq; Roma ducum gratatur mane tribunoz :  
creat. C Tunc quoq; Roma ducum gratatur mane tribunoz :  
Publica pro regno qui gerit arma sacro.

A ttamen hic , a quo castris praefectus & armis :  
Ut pater ipse ducis , sic pater urbis erat.

D i seruare igitur nobis natumq; , patremq;  
Augeat hic aras ut ducis , ille duces.

- L**ucifer ortus erat: templo matrona ferebat  
Virginis hesternam quam tulit æde Facem.  
**S**ubsequor, ara breuis populo tamen apta frequenti est:  
Limina post pacis Mercurijq; forum.
- H**æc erat **E**g Blasi: comitem, ritumq; secutus,  
Ingredior: posito procubuiq; genu.
- P**ronus adorabam: hæc accedit lumine tedam:  
Et tenet accensam: dum sacra verba colit.
- I**nterea lanis vngebat nuda sacerdos  
Guttura: qua summis fauibus ora sonant.
- T**unc ego defigens oculos in imagine dixi:  
Admoneas ritus me pater ipse tui.
- H**æc ego quærebam: mitraq; pedoq; decorus,  
Hos inibi quum subito protulit ore sonos.
- C**ura puer quondam caræ fuit vñica matris:  
Mensa aderat: piscis traxidit illa caput.
- I**ncidit in spinam: curuum cœu piscis in hamum:  
Prædaq; fit pisci: piscis ut ipse fuit.
- Q**uid faceret: flebat mater: natuſq; iacebat:  
Atq; ferè in toto corpore frigus erat.
- A**duocor: ore cano sacro ter carmina: terq;  
Vnigo canens oleo guttura: viuus erat.
- S**ic quæ visa mori nati confusa dolore,  
In nato mater sospite sospes erat.
- H**inc madidam virga protendit carmine lanam  
Vir sacer: **E** feci quod prius ipse: facit.
- D**ixerat: adde faciem subiunxi: vertor ad aram:  
**Q**uum video panem qui positurus erat.
- A**dde quoq; hunc dixi: quum causis ille duabus  
Soluit quæstis comiter ora meis

Blasio  
fax à fœ  
minis  
fertur.

Miracu  
lū de pue  
ro libera  
to à spi  
na piscis

Benedi  
citur pa  
ni in sa  
cro Blas  
ii.

SACRORVM FASTORVM

- S**cilicet errabam, sylvis contentus, & antris:  
Porrigit Argeum qua sua saxa iugum.
- O**rpheus voce fera, me sunt pietate secutus:  
Lupus obedit s.  
**D**estulit ante pedes: porcum lupe redde gementi,  
Blasio. Iussa dabam, viduae redditum ille suem.
- C**editur: exta dedit: panem pia iunxit & extis,  
Atq; faciem: munus testificata meum.
- P**anis, faxq; datur: quorum manet utilis v<sup>s</sup>fus:  
Quamq; homini prodest: tam iuuat ille feras.
- H**aetenus: & sumpto tacuit mihi pectine pastor:  
Votaz collata suscipiebat ope.
- P**ars oleum folio: hi panem tedamue ferebant:  
Oleum pe-  
titur pro-  
gula.
- T**unc ego sic: solidam mihi des in carmina vocem  
Diue rogo dixi: collaq; nostra iuues.
- D**icitaq; quo fierent: nudans ad pinguis collum,  
Ore dedi iugulum cernuus, æra manu.
- S**acrū in  
æde san-  
cti Iaco-  
bi.  
**A**quari-  
us occi-  
dit.  
**A**gathæ  
puellarū  
feriae.
- C**Non procul hinc iunctam celebrabat Agonius aram:  
Luce quod hac regno est aucta Iacobe tuo.
- T**ertia lux finit venientes vespero nonas:  
Atq; latet liquidas verna tenentis aquas.
- T**empus idem matres retinebit valle Quirini:  
Munera laetiferis qua capit ara fecis.
- A**pensi & telis igitur cessate puellæ:  
Nullaq; sit calaibis hac operosa die.
- N**octe vocate Agatiam: tulerint qua nomina vocem:  
Lac veniet matris: flammæq; nulla nocet.
- C**orpora nam flaminis sacravit, & ubera ferro:  
Testis erit Catane: virgo quid igne valet.

Scilicet

- S ciliet eueniunt quoties incendia te& tis:  
Et furit: humana nec cadit ignis ope.
- V irginis à velo sua per certamina vicitus,  
Contrahit extincto Mulciber igne caput.
- S ed nunc ignis abest: cures lactaria matres:  
Poscat & hinc munus crebrius ara tuum.
- C Q uæ venit, æolio Boreas licet in sonet antror: Mulcebit Zephyris æquora tota dies.
- C Tertia lux oritur: ventis ne nauita credas:  
Diuersam faciem nam gerit ista sibi.
- C Aliger: binnit equus: Pallantida poscit eandem:  
Noster in assueto puluere currus eat.
- F orte dei mater comitata sedebat amore:  
Straminis ad cunas, numiniis ante bouem.
- A duenere duces, cœlum sydusq; secutis:  
Tres fuerant: ex his primus adhinnit equus.
- N ato gratus erat, firmis adoleuerat annis:  
Muneris binnitus fit memor acris equi.
- V ersus enim huic mitis nos & mox astra petemus  
(Sic placitum) cœlum tu quoq; dixit adi.
- F inierat: premium vocis quo grande teneret:  
De cœli fictus Pegasus arce cadit.
- Q uaq; cadit, celer hic velut è ceruice Medusæ,  
Tradita gorgonci signa recepit equi.
- C Tunc quoq; quim vento, quim plenus nubibus aer:  
Aethereis pisces Phœbus adibit equis.
- Q ui modo fert claves, tendebat in æquore rete,  
Talia tendenti quim mouet ore deus.
- A equora qui conorimaris: findis & alno:  
Ad sacra, sic iubeo, iam m. a Petre veri.
- Velū A.  
gathæ in  
cendum  
leuat.
- Zephy=  
rus tota  
die flat.
- Ventorū  
cōcurſus
- Equus mi  
nor exo  
ritur.
- Pegasus  
in figura  
equi Ma  
gi.
- Sol in Pi  
scibus.

SACRORVM FASTORVM

A ltera lympha manet tibi: reibus altera præda:

Dixerat: æquoreas ille reliquit aquas.

I ndeq; de multis, quos iactu cepit in vndis:

Proiecit pisces lætus in astra duos.

P roiectis inquit: vite monumenta prioris

Este: frequens populus iam mibi piscis erit.

D ixit: Et ut fuerant iacti, nodantur in astris:

Hic patrium Et Boream respicit, ille Notum.

**A**pollo: Inde ubi se tollet nitido Tithonia vultus:

**n**iæ **sacrū** Et pellet gelidæ candida noctis equos.

**p**ro **denti** **b**us. T hura sibi poscet: quæ fert ab Apolline nomen:

Paruaq; supplicibus dentibus ara datur.

**H**inc decor, hinc risus, hinc vis, Et vita fouetur:

Ordine sint ergo te rogo diua suo.

**Q**uemq; tibi tuleras, illis depelle dolorem:

Præterea quicquid posse nocere putas.

**E**t Et si qua grauis tandem ventura senectus:

Efficias ne tunc os sit inerme meum.

**I**uliano: **C**onvenit nomen iuleo cui factum nomine, templum

**b**ospiti **Ornat**, erit quum bis fluctibus orta, dies.

**v**enatorū **C**ui dea venandi curæ, cui bella placebunt,

**f**eriæ. **Q**uiq; peregrinis genibus hospes erit.

**Q**uiq; greges pascit, spatium cui grande viarum,

**Q**ui mare, qui terra noxia tela timet.

**T**hura ferantilli: seu viti poscat ad arcum:

Proxima iordanio seu velit ara iugo.

**V**nde sed hic poscor cognomen ab hospite sumpsit:

**C**urq; tibi firmat nocte viator iter.

**C**erua **H**ausserat imprudens sacer Oedipus ense parentes:

**b**ortata ē **V**ocibus impulsus perfida cerua tuis.

**I**ulia. ad

cæde pā  
rentum.

- Pœna sit ut culpæ: nemus intrat: conspicit amnem:  
Auctus at hybernis ille fluebat aquis.
- Sæpe viatores tumidis incluserat vndis:  
Sæpeq; voluebat corpora mersa vadis.
- Solue nefas inquit sine ponte sine obice torrens:  
Dixerat: Et sœnas ponte ligauit aquas.
- Condit Et hospitium violentæ margine ripæ:  
Hospitis Et curam prætereuntis habet.
- Gratias(mira fides) bonus excipiebat euntes:  
Ipse herus, ipse comes, ipse minister erat.
- Laudat facta deus sanctum cognoscat ut vsum:  
Aliger. i vultum dissimulatus ait.
- Iussa puer subiit: lacerum capit vlcere corpus,  
Et miser in ripa fluminis optat opem.
- Nox erat: è tecto vocem miserabilis audit  
Sedulus occurrit: prospicit: æger, erat.
- Subiicit huic humeros: tollitq; in tecta gementem:  
Stipitis hesterni suscitat igne focum.
- Flamma fit: vt tecto miserum iam fonsit Et igne:  
Dat mensam: vires colligit ille data.
- Admouet hinc lecto, sed quo requieuerat ipse:  
Luna fuit: lecto sustulit ille caput.
- Viderat hunc: tacuit: tenues quum lapsus in auras  
Sic puer: à culpa solueris hospes ait.
- Dixerat: Et pennis, cœloq; receptus abiuit:  
Aligeri Et titulos hospitis iste tulit.
- Quodq; viatores constructo ponte tuctur:  
In media facilis, composiūsq; via.
- Inuocat hunc, quoties iter vrget forte, viator:  
Siue pedes graditur, siue feratur equo,

Angelus  
i viatoris  
forma ap  
paruit.

Hospitis  
officium  
viatorū  
feriæ.)

# SACRORVM FASTORVM

Huius ē interdum se munit imagine cauus:

Oratio  
S. Iulia. Sæpius ē tutus carmine carpit iter.

cū imagi Dicere quærebam cur est venatibus aptus:  
ne. Sed fert accipitrem condita pelle manus.

Curq; iuuat bello: torques demonstrat ēt ensis:  
Quosq; equitis cultus corpore miles habet.

Cætera præterea vulgo manifesta putantur:  
Sæpe sua multis quæ patuere fide.

Nuptiæ  
non cele-  
brantur. Restat ut admoneam: properes ne nupta maritum:  
Oblitus hic, nescis: cæde parentis erat.

Valētino  
carnaci-  
ni dæmo-  
nes eunt. Festa valentino nigro portantur ab orco:  
Humida quum Phœbo ter dabit umbra locum.

Nempe putant manes triujs errare sepultos:  
Qui sapit hac discat nocte manere domi.

A canis ēt carnis traxerunt nomine nomen:  
Et miserum vulgus vana timere iubent.

A nte figurabat (testis sit ut ipsa vetustas)  
In volucres cantu Nenia tristis anus.

E ffe putant illas, ducentes nocte choreantur:  
Et media turpes exululare via.

Manes  
bacnocte  
vagari  
creduntur Pars ait è tumulis umbras exisse: quod olim  
Roma parentales deserit ipsa dies.

Hoc quia facta putant, remanent vestigia, mense:  
Antiquo plebem sollicitantq; metu.

Fictaq; posteritas inuentis nomina fecit:  
Cum voret infernus corpora nostra canis.

Quicquid erunt: pueros terrent hac voce parentes:  
Dum prohibent matrum deseruisse sinus.

Hirundo  
apparet Aere sublimicras garrula pendet hirundo:  
Quodq; cupid, veris nuntia, tardat iter.

S cilicet alternant gelidi dum frigora venti:  
Tam celeris poterit pœnituisse viæ.

in summa  
aere.

¶ Et tamen exactis quin quartus ab idibus Eos  
Respicet terras: reddideritq; diem.

Fauoni-  
us qui  
chelidōia  
dicitur.

H orridus à Zephyri Boreas depellitur aura:  
Milior ♂ terris quam fuit illa venit.

A ttamen hic Zephyrus Chelidonia nomen habebit  
Graia quod huic titulum primaq; hirundo dedit.

plumacū  
hyeme.

Q uartus habet nubes, atq; illis lata ciebit  
Aequora: nec seruat lucifer iste fidem.

Cathed.  
Pontifi.  
modus  
creandi.

¶ Hinc ubi de cœlo Romanam spectauit Apollo:

Tertiaq; exactæ tempora lucis erunt,

Q uisquis ades patribus gratare potentibus: illa  
Lux ebur his primum pontificale tulit.

Q uò feror: ex quo elegis maiora requiro?  
Res hæc alterno non erat apta pedi.

Q uo plus Aeneas, quoq; ore est dictus Achilles,  
Hoc dicenda dies, hoc foret ipse senex.

E rgo sancte pater, felix tibi curia quando  
Cessit: ♂ à superis munera primus habes.

P rosequor alterno solij dum pectine laudes:  
Cum duce clauigero clauiger ipse faue.

P ontificis quæ sit dicam noua forma creandi:  
Sedis ♂ ornatus: undeq; dicta dies.

C lauibus acceptis aperire, ♂ claudere cœlum,  
Antiochi clara fas prius vrbe fuit.

M ira dabat populo: premitur quin carcere nautas  
Facta gemunt fratres, instituuntq; preces.

Papa vñ  
dictus ē  
primum.

S oluitur: ♂ collo populidefertur in ora:  
Admirantur: habet nomina graia pater

SACRORVM FASTORVM

- S**igna dabant destra, numero veneratur ab omnibus  
 Oscula dant pedibus: sifflit ante deos.
- N**on secus ex altis quam quum nouis ædibus ipse  
 Exit adorandus: conspiciturque palam  
 Eleemosynæ in templo.
- F**undit opes populo: miseris dat munus egenis:  
 Hocque sedet quoties: nunc pius ille facit.
- F**esta dies facta est: iterumque redibat in annos:  
 Mos manet in sacris: rursus et illa redit.
- Sella Pō I**nterea patris signatur sella figuris:  
 tifi. hinc ornari cæpta.
- C**lauiger Alcides: et Petrus clauiger ipse:  
 Magnus uterque animo: fortis uterque manu.
- C**lavis hic: humeris cœlum quoque substulit ille,  
 Huic labor, huicque chorus iam duodenus erat.
- V**enit ab Alcide quæ maxima dicitur aræ:  
 Venit et à sancto maxima dicta sene.
- H**inc ne vana putent patres, ætasque sequentum,  
 Labores Herculis Sella tulit pisces, Herculis æta tulit.
- S**ed mutata vides: nec sunt conformia primis,  
 in Cathe dra. Singulus ad sedem singula signa refert.
- A**ugest honor cultum, semperque augebit in annos,  
 Signariisque placet: facta sed inde manent.
- S**ede quod ergo illa vectus, dixere cathedram  
 Iure diem: graius sit licet illa sonus.
- Dies Ca thedræ epularū dictus.** **R**estat, vt unde notas epularum traxerit, edam,  
 Zona quid et gyro postulet ipsa suo.
- S**ederat, adueniunt: consistunt ordine: nomen  
 Res habet: instituit iura, modumque, dedit.
- S**tabat honor sacris: titulos Ecclesia cepit,  
 Gentibus et rebus nomina Christus erat.

R oma deum sedes, quis nescit dicta priorum?  
Ut sit nostrorum: hanc iure petamus ait.

F inis erat dictis: circum tremuerunt sedentes,  
Huc eat et sedes vox erat una patrum.

H and mora: sunt omnes coelesti numine moti,  
Itur ab assyriis in sacra tecta Remi.

H ostia conigerant: pueri, matresque, nurusque,  
Ipseque cum mista plebe Senatus adit.

P ompta fit: attollunt apices ante ora diales:  
Candidus it coetus, sacraque membra choe.

S edeq; suscepta collumque et pectora lassant:  
Illa foro ingreditur: celsaque templa subit.

E xcipitur plausu, et velata frondibus ara:  
Ponitur et summo cum patre sella loco.

O scula dant pedibus: spectant, adeuntque, sedentem:  
Et sancta accipiunt prospera signa manu.

F itque dies celebris: primae coniuncta secunda  
Lux fuit: atque sacris festa dat una duo

F orte epulis illis celebrabant iusta diebus:  
(Summa aperit: claudit manibus imma patet)

R onia parentales ad sellam rettulit aras  
Ipsa suas: epulæ sacraque dicta dies.

R edditur is coelo solij reuerentia mansit,  
Nullaque ab hoc primo pondera sensit elur.

N ullus et est ausus tentare vocabula primi:  
Ut sit causa alia, hinc nomina sorte petunt.

S ella vacat: medio stabat moestissima templorum  
Quaque loco seruet rite minister erat.

I tur ad hanc: coeunt sacro, matresque, viriisque,  
Oscula dant memores: suppliciterque colunt.

Catharina  
Roz  
maria quo  
lata est.

In cathe  
dra Pet.  
nullus se  
dit.

SACRORVM FASTORVM

- S**igna loci tangunt: se soluunt ordine Zonis:  
Hasq; loco imponunt: subiiciuntq; manu.
- Zonæ cir-** **A**ccipit: acceptas cingit: redditq; minister:  
**cū sellam** **M**ensurasq; vocant: orbe quod æqua ligant.
- i pediun-** **C**œlum aperit clavis: Zonis incingitur æther:  
**tur.** **H**ocq; erat in terris naëtus vtrumq; pater.
- P**rotinus à sella cingebant corpora nodo:  
**Q**uaq; pij cingunt: parte iuuare putant.
- O**mnia posse fidem credebant sacra colentes:  
Prò superi: pietas quo prior illa fugit?
- F**acta manent igitur: vulgusq; accepta secutus  
**Q**uod fecere: pius hac quoq; luce facit.
- S**cilicet accedunt: ritumq; secuntur auorum:  
**Q**uaq; illas cingunt: parte iuuare putant.
- Zonæ vulgo m. i. s., ejibus.** **A**egro toro nupta est: Spernit Lucina vocantem:  
Cingitur: à partu soluitur illa suo.
- V**runt forte latus cruciatus: cinge perusto  
Protinus abscedunt: deficietq; dolor.
- T**acta seges crescit: sterilis si cingitur arbor:  
**Q**uot dederat flores: poma tot inde dabit.
- V**enerit insitio: coniungit clavis aperta:  
Clavis adopiuas & reserabit opes.
- Fieri pu-** **C**uncta sed hæc fieri: si nodus ob ambiet æquis:  
**tant h. i. u.** **Z**onaq; si sacrum per loca tangat ebur.
- stæ, e per poria me dia itur.** **S**iq; via cura est: Stat porticus addita templo:  
(Numus enim ingressus non habet omnis idem)
- C**ardine sublimis qua ianua stridet abeno,  
Et letum in foribus, factaq; patris habet.
- P**oste sedet summo venerandæ ianitor aula:  
Legitimumq; facit sub pede celsus iter.

Hic

puer zo-  
niuenda.

Hac puer intrantes solers exclamat emaces:  
Oblatoq; vagus munere cogit emas.

Hoc pia simplicitas, hoc sanctum repperit æuum:  
Tunc casa quum fratrum parua Senatus erat.

Stabatis exquilijs nondum breuis ara facellum:  
Cum prece quo libum, vinaq; prima, dedit.

Mœnia nec muris Leo cinxerat alta sub urbet  
Vnde locus nomen quod sibi cepit habet.

Atria qua nunc sunt: nemus assurgebat et herbas  
Pascebantq; suas per iuga pastor oves.

Templa coronabant raro: casa templa fuerunt,  
Aureus hic Crater, fictilis ante fuit.

Membra dei ligno pendebant simplice: vixq;  
Exigua poterat tendere in æde manus.

Cura placere deo tantum fuit: astra merere:  
Et superos multa conciliare prece.

Non erat in stipula, aut facto de cespite lecto,  
Saxa per, inq; solo tunc iacuisse pudor.

Dinitias regum felix superabat egestas:  
Victræ sub pedibus summa iacebat opum.

Crimine semoti patres sua sacra colebant:  
Deq; deo sermo, curaq; semper erat.

Venerit ut summo moriturus ab æthere terris,  
Straminea vtq; redit victor in astra casa.

Quisq; amor argenti nunc est, & diuitis auri:  
Gloria, & ambitio, non leue crimen erant.

Egibus his quondam tria sunt fora victa Quiritum:  
Et domus Euandri, templaq; prisca deum.

Qui locus imperij fuerat celeberrimus ille  
Nunc velut ante Remum, collis & herba viret.

S.P. ara  
in S. Po-  
tentina.

Veteris  
ecclesiæ  
pauper-  
tas.

Cura pa-  
trū veter-  
rum.

Mons pa-  
latinus  
desertus

SACRORVM FASTORVM

- ut ante  
urbem.* P ascit oues idem palantes: pavuit ut ante,  
A quibus ex vero mons sibi nomen habet.  
C uriaq; illa ducum species est nunc alta ferarum:  
Viperaq; obrepit: qua modo Cæsar erat.  
A nte palatinus, nunc vaticanus Apollo est:  
Non idem est: sed idem nunc quoq; nomen habet.  
*In vacua  
no tēplū  
Apollis  
nis, ut in  
palatino  
monte.* A t sacra res postquam sibi vires altius egit:  
Venit et à paruis rebus in astra locus.  
E xquiruntur opes: nec cura est quærere cœlum:  
Sanctior est, sed qui ditione esse potest.  
A urea tecta placent: & sunt in honore penates:  
Maior & in propria est utilitate labor.  
Q uod iuuat: hoc petitur: non quod reputatur honestum:  
Deq; deo extremus, sermoq; rarus erit.  
D antur opes nulli, iam nunc nisi habentibus illas:  
Pauperibus clausa est curia sacra suis.  
N itimur in rectum: prauo sed vincimur vñsu:  
Atq; alimur vitijs: allicimurq; nouis.  
Q uare age sancte pater, modo qui vice numinis vñsus  
*Oratur  
Pontifex  
vt corri-  
gat.* Omnia fers humeris tradita rite suis.  
S ede sedens celsa, qua non est altior vlla:  
Dirige commissum per sacra iura gregem.  
E rrantes & oues compelle in ouilia clave:  
Pasceq; compulsas præcipiente deo.  
E t rege vela tuis: & præcipe qua sit eundum:  
Sentiat aduersas ne tua puppis aquas.  
S ed seclus esse puto, cœlestia corda meneres:  
Sint cum non humeris inferiora incis.  
H æc ego dicebam: venit quin sanctus ad aram:  
Ad solium posito procubuitq; genu.

**E**rgo precor dixi: melior q̄ frequensq; per annos  
Hæc patribus redeat, pontifici q; dies.

**CQ**uæ sequitur caret illa nota: petit altera thura:  
Si non in luce transit & ista duas.

**Q**uam bene Pierides procedunt tempora vobis:  
Inspectiunt vestrum numina lœta chorūm.

**L**ux etenim patris ritum dedit illa creandis:  
Ista sibi, fratres unde creentur, habet.

**E**sce procul fraudes, fastus, rerumq; Cupido,  
Cumq; sua fallax ambitione dolus.

**C**andida flaminibus lux est, reparatq; Senatum:  
Atq; duces quales vult deus ipse monet.

**H**inc pax hinc bellum est, rerum est hinc forma nouarum:  
Hinc & vietus inops copiaq; ipsa datur.

**N**e sit in hoc error, summo bac dedit æthere ab alto  
Pontifici monitus, consiliumq; die.

**A**tq; ducem populo diuina ex æthere sorte  
Legit in exemplum constituitq; patrem.

**V**it legem hanc igitur, factumq; imitemur Olymphi:  
Sors ea quæ fuerit cogor ut ipse canam.

**D**iscipulos summus sibi sex, tandemq; magister  
Legerat rat non quos Iuppiter ante tibi.

**P**assus erat tristes communis criminis iras:  
Preffserat & letho funera nostra suo.

**N**empe à discipulo fuerant hæc dona magistro  
Quum tulit illius proditione necem.

**F**actus ob id lectus bis senis fratribus ordo:  
Facti & causa suis cognita rebus erat.

**S**acrilegus, cæsorumq; hominum, scelus & quore natum:  
Cuiq; parens vxor, qui necat ense patrem.

Matihæ  
modus  
creandi  
cardina.

Eligēdi  
sunt viri  
in cardine  
quia īde  
gaudet e  
patitur  
ecclesia.

Iuppiter  
xii. deos  
electos  
habuit si-  
cut Chri-  
stus apo-

Iudæ sce-  
lere.

SACRORVM FASTORVM

- Q**ui proprie deum patula suspenspendit in arbore fraude:  
Arbore qui laqueo postmodo rupius obit.
- D**efuerat numero: numerus reddatur vt ipse:  
Claniger huic demptum restituisse parat.
- F**as vt erat: stabant duo iam pro sorte vocati:  
Orabatque deum, quem velit inde legat.
- Sors ex** **Q**ui subito ille alto rutilas ciet attere flammis:  
igne su- Matthiaque caput flammis ambit apex.
- per Mat**  
**thiam.** **P**er ergo comas fuisus serpebat tempora circum:  
Per fratum vt pileus serpere summa solet.
- Pileidesi** **A**n fuit ex illo sacris insigne capillis  
gnatio. Munus: & inuenit nobile flamma tuu?
- H**ærebat capiti, pariterque rubebat vi ille:  
Mirari factum conticuere duces.
- Ceremo** **I**gnis ab*t*, surgunt os signant, collaque iungunt:  
niae in Resque docent, & ius, suscipiantque choro.
- creatioe**
- Cardi.** **I**ndeque testatus sacrum, cinctusque Senator:  
Porrigit ad sanctos oscula prona pedes.
- Admoni** **A**que illo ad fratres, rur susque a fratribus illi  
tus, e ex- Fleetit: hicque docet, quam sit is altus honor.
- hortatio**
- Pape.** **Qua**taque Maiestas, personaque vt altera supta est:  
Vtque sacros cultus altera vita decet.
- C**astaque præcipue mandat, sectetur honesta:  
Nulla sit ambitio, gloria nulla monet.
- G**rata deo est inquit: paupertas, dentur egenis  
Illius auxilio quæ tibi dantur, opes.
- S**is & munificus, nomen fugiatur auari:
- Birretu** **Grande nefas auidas principis esse manus**
- ita aiunt**
- rubra &**
- pileus ex** **S**acerdos ait: inuigiles; deus hoc quod sanguine regnū,  
Sanguine quod diuum res ibi parta datur:

L I B E R II.

- Sanguinis indueris nescis: hoc ipse colore:  
Vnde toga hæc tincta est, infusaq; vnde rubet.  
Quiq; datur capiti (dabat hunc) nitet inde galerus:  
Sit licet e' flammis cognitus ante tuis.  
Addi huc pro templo (Christus quod fecerat ipse)  
Tu quoq; uti fuso sanguine bella geras.  
Ara tibi nupta est sancta pro coniuge pugna  
Conuenit hic digitis annulus vnde tuis.  
Cardine sublimis nituntur vt hostia templi  
Iusq; poli hæc claves cardinis omnis habent.  
Fatribus et te sic nixa est Ecclesia mecum:  
Officij serues nomina magna tui.  
Alia dicebat: monitus Mattheia ferebat:  
Non secus ac patres quos legit ara nouos.  
Salicet ex illo ritum cepere minores:  
Quæq; fuit facti, nunc quoq; forma manet.  
At p. vñam maneat quoq; lex moruilla p annos:  
Vt pede quo cœpta est res sacra semper eat.  
Nempe dei hi proceres, hi sancti membra Senatus:  
Hos & discipulos ille magister habet.  
Subq; his iudicibus, subq; his est regibus orbis:  
Hos penes arbitriū, consiliumq; viget.  
Qui dedit hos igitur nobis conseruet in annos:  
Et faciat sanctos, persimilesq; sui.  
Ergo quod hunc ignis legit, fors dicitur ignis:  
Vnde deus notus regibus ante fuit.  
Sed gemina hæc cur sic lux est, iam queritis: et cur  
Annus & hæc sexii bis sibi nomen habet.  
Tempora curq; eadem rebus non apta gerendis  
Ante putauit: & cur eff. pitamus i. em.

sanguine  
martyra  
& Chri-  
sti.

Vel ve-  
stes ru-  
bræ quia  
vscq; ad  
effusionē  
sanguinis  
pro ecclē  
siapugna-  
re debet.  
Vt Ia-  
nuacardī  
ne ita ec-  
clesia car-  
dina. mī-  
tur vnde  
dicti sūt.

Cardi. i  
terra.  
quid sine

Dies hæc  
& annus  
bi. xiiii. is

SACRORVM FASTORVM

- A'. C. I. S olis signa moræ reuocarat munere Caſar:  
Cæſare dies iterum calaris i bisexto inuenta.
- V eritat ut hoc ſemper ſua ſic veſtigia curſu: Tradita, ceu meta eſt, que tenet una dies.
- I llaq; pro ſpatio tibi Februe reddita dempto: Pene tuus qua Mars iungitur ipſe tibi.
- Q uartaq; ubi inde ſibi fuſce pit tempora plena: Fit gemina: & luces concipit una duas.
- Q uodq; iterat sexto venienti in mense calendas, Ipsiſa ſuo à factō nomen, & annus habet.
- B iſaq; quod ſegniſ retroq; recedere priſcis: ſecūdum priſcos n aptus re bus gerē dis.
- V ifaq; ſegniſ retroq; recedere priſcis: Omen habens, rebus non erat apta nouis.
- C redimus & ſi illis: pallent in lite clientes: Merce vacant puppes: cœptaq; vana cadunt.
- N ec ſua Mars acie ſat felix bella mouebit: Raraq; ſuccellus munera miles habet.
- D enſa nec tua iugis, languentq; ſub arbore poma: Eſt p pecus ſterilis: fœnore ſegniſ ager.
- F œminaq; ipſa toro rara eſt fœcunda mariti: Atq; ſuus fallit tempore quemq; labor.
- Nec ſecū dum nos ſed alia ratione. A t ſi noſtra iuuant: auētam deus ipſe cohortem Viderat: ergo auētus ſit quoq; is annus ait.
- F inierat: cernas geminatis fœlibus illum: Inuidet his iudas: cunctaq; felle linit,
- A uēta cadunt: ordo pinguis peruertitur anni: Falciferi credunt ſed tamen aucta ſenis.
- H inc nos illa mouent: ſed ſi iam vera valebunt: Rebus certe annus non magis aptus erit.
- S cilicet eſt auētus quod cœli forte Senatus: Sortiſis & vires fertilitatis habet.
- Secūdum veritatē, & fidē bi ſextus a prior re bus eſt a liis anni.

L I B E R II.

- B in aqua parista hinc est, duplicesq; in vitibus vuæ:  
Nata p; in arboribus poma gemella suis.
- Q uoq; Ceres fruges, quo Pallas condat oliuas,  
Vix reperit: Baccho deficiuntq; lacus.
- C umq; illis certat non vno fœmina partu:  
Votaq; sunt cœptis omnia læta nouis.
- A tq; hunc euentum successus lucis, & anni,  
Matthia è flammis credimus esse tuis.
- C Neq; meo versu sim visus vana monere  
Nitimus exemplo dictaq; pondus habent.
- H ac nam forte tua Cæsar tibi traditur ortus:  
Hacq; manus viætrix, hacq; corona die.
- H inc ducis ara tuo tibi facta domes tica thure,  
Sustinet iniuncta parta trophyæ manu.
- V el modo quæ nostras victoria venit ad aures?  
Saxonice illustrem te superasse ducem?
- A nglia p; effusis quod supplex facta capillis,  
Ante pedes dicta est procubuisse tuos?
- Q uodq; tua huic iuncti timuerunt prælia Cimbri:  
Littoræq; Oceani delituere vadis.
- E rgo suos merito plausit tibi Roma per ignes:  
Iussit & hinc colles intonuisse suos.
- N am tibi qui fuerant illos sibi credidit hostes:  
Visaq; communi hæc gaudia parta manu.
- N ec te igitur ferrum, nec pallida pocula lædant:  
Lædere quæ numen non potuere tuum.
- S ed sunt sancte duo, faueas cum Cæsare fratribz:  
Cum fratre ut Cæsar det tibi thura diu.
- C Hæc ego: bisq; duas luces superesse videbam:  
De quibus extremæ nomina carnis erant.

Probatur exē-  
plo Caro  
li. v. q;bi  
sextus ap-  
tior rea-  
bus, nam  
bac die è  
natus,  
atq; illi  
victoria  
e corona  
data.

Dux Sa-  
xonie ho-  
stis, et ec-  
clesiæ eo-  
rat. Ma-  
tthiæ, nec  
ferrū nec  
venenum  
nocuit.  
Bacchi  
festū Dio-  
nysia se-  
riæ popu-  
lares.

SACRORVM FASTORVM

P rotinus in p[ro]picio referentes tempora fastos:

Dicta nec à carne est vlla reperta dies.

I nterea varie' populum colludere vidi.

A t[em]p[or]e huic personis qualibet ora tegi.

Festa mo  
bilia indi  
cuntur. T unc ego sic: demens cur non stata festa requiro?

Indicit vulgo quæ vir in æde facer.

E rgo sit à curis, & qui nocuere labores,

Fas nunc ad certos ora referre iocos.

S unt in honore dapes, & libo mella calentiz:

Et iuuat apposito dicere læta mero.

Propine  
quoru[m] e[st] fu  
læ fiunt. C onueniunt generisq[ue] gradus, Stirpisq[ue] suorum:

Atq[ue] capit plures vna patella manus.

F ilia cum cara properat coniunia matre

Continet & iunctum mensa nepotis auum.

T empora cum madeant, & sint ad gaudia: debet

Omne opus artifices deposuisse manus.

V ide sed hic mos est, & cur discurritur urbez:

Personisq[ue] tegi nos iuuat, adde dea.

V ere dapes Cereri agrestes, patriq[ue], Lyeo

Forte dabant: fuso per sua festa mero.

D umiq[ue] dabant, liquidis cœlabant fecibus ora:

Cortice ue, aut minio per loca ludus erant.

V enit id ad Thraces, vultus hi pelle tegebant:

Perq[ue] nemus Bacchæ multa iocosa dabant.

M os latè M o[n]ialis Alciden, Alcides induit illam:

di in per  
sonis. Inq[ue] lupercali est mutua forma die.

A eschilus inuenit, quo fœmina virq[ue] lateret:

In quin-  
quatria-  
bus vere I Nostraq[ue] personis induit ora nouis.

bus rete s dibus hinc iumentum ubi cina vesti Senatum

ructus eō Fallit: persona delituitq[ue]: ioco.

- Omnibus ex istis nostrum mos venit in oeuum:  
Itur & ad mensas, oraq; teat la iuuant.
- Bella gerunt fraudes, satiantur pectora ludo:  
Est via, sunt festis compita plena iecis.
- Et modo delectant taurilia prisca Quirites:  
Et modo per summos pietat theatra lares.
- Multaq; de Floræ spectantur equiria campo:  
Quem vaticanum est tangere palma iugum.
- Prima palestinis defert sua præmia pompa:  
De capitolino per fora duceta lare.
- Sæpeq; nec semper dat quisq; Tribunus ephebos:  
Dicit agonalem martia Roma diem.
- Intermissa redit: sua sic Trieterica Baccho  
Bruma corymbifero tertia quæq; dabat.
- Exquiruntur opes, studio calet æmulus ordo:  
Et rerum inuentis cedere turpe putant.
- Arma placent: cingit socius Capitolia miles:  
It regiorit pietatis discolor agmen equis.
- Iraq; Senator, inest veteris sed forma Senatus:  
Atq; triumpati munus ut orbis habet.
- Signifer Cætri prisci puerorum cœtus Iuli  
Fertur equis: ostro terga præmuntur equi.
- Orna patrum lustrant, gemmisq; auroq; coruscit:  
Pulchrior in toto non datur orbe iocus.
- Daf faculas illis, volucres iurabis amores:  
Pocula da, pueros dixeris esse Iouis.
- Et sua finitimus par his quoq; gratia cultus:  
Illos sed Iulos, Ascaniosq; putes,
- Agnina præcedunt currus, prisci p. triumphi,  
Scipio siue tuus, siue Camille tuus.

Ioci publi  
cī sub  
diuerso  
habitu  
Taurilia

Iudicati pri  
mi currū  
Agona  
lia popa  
cum pue  
ris.

Antiquo  
more et  
habituve  
stuntur

Currus  
cū fietis  
triumphi.

SACRORVM FASTORVM

- R**egiones C umq; illis quot sunt, qui quærit, forte cohortes:  
*armatæ*  
*tres de-*  
*cim.* V num addat signis, se quibus annus agit.
- T**roia fuit ludus: nunc nomen agonius illi:  
 A` patre vt hunc reddant, te sibi Circe petunt.
- B**attalia A tq; acie campum lustrant: pressa area giris  
*nëvulgus*  
*nominat* Ter labyrinthis fit sinuosa vijs.
- L**udu de E t modo terga fugæ sua dat troiana iumentus:  
*carusellis*  
*nuc dicut* Et modo non segnis graia iumenta sua.
- A**d annu P arsq; orbem inuadunt hastis, oculog; lacefunt:  
*lum alii*  
*currunt* Palmaq; in his celeri est, si manus astai equo.
- alii spa-** P ars oculos animosq; hominum longo ordine pascunt:  
*ianur.* Curribus attungi sydera summa putes.
- T**urba I nde dapes Cereris succedunt: sorteq; lecti  
*vocat* Dona petunt tauri, per fora, perq; domos.
- maccaro**  
*nes.* T arpeio. p iugo errantes hos ludere Cæsar  
*Taurilia*  
*publica i* Spe etat eques, spatijs area summa tuis.
- C**apitol. L æuaq; qua antiquæ spectatur porticus aulæ  
 Ter ducti, referunt ter tibi arena iocos.
- I**tur i te P ompta iterum instruitur, ventosaq; equiria prætor  
*staceum*  
*ibi equi-* Mox dat, qua colli nomina testa facit.
- ria.* E t quoniam eleæ fuerant tibi Roma quadrigæ,  
 In Cicro Persimiles ludos plebs velut ipsa putet.
- maximo*  
*nō procul* C urribus adnectunt lassos, pannumq; suefçp;  
*à testa-* Testaz; feruentes deijcit alta rotas.
- ceo erat.*
- E**quiria V luna ab his nigris dat Bacchus equiria bobus:  
*bubulorū* Pompa triumphanti sic elephantus erat.
- B**acchus I nstar habenarum producit pertica nares:  
*elephatis*  
*triupha-* Nec trahit hanc, tecitus sed premit acer eques.
- uit.* S ulfure, & igne, viâ impediunt: sic luce peracta,  
 Carne valet Genius festaz; nomen habent.

**N**ox erit: æra sonant, diffundunt cornua cantum:  
Ire Mimallonidas per fora quæq; putes.

**S**cirpea pro Genio velo iactatur imago:  
Hinc eat externos lassus ut ille lares.

**V**na dies stultos demum nos efficit omnes:  
Mox de Stultitia nos rapit vna dies.

**H**æc eadem nostros elegos lassavit: ab illa  
Musa redi, & post hanc in quoq; peccatus habe.

Die carniū stulti  
Die cine  
rū sancti

Explicit liber secundus.

## SACRORVM FASTORVM LIBER TERTIVS.



**C**In hoc mense Martio, Mars fabulosus, qui senatui tot populos subiecit, verificatur in christo, qui conceptus, & mortuus in hoc mense est: & omnes populos ecclesiae, & eius senatui subiecit: vnde deus exercituum: non minus ac Mars, dicitur. Tutela olim Mineruæ, nunc Matihie apost.

Ebita præteritis stat mensibus ara duobus:  
Atterritur nostris tertia metarotis.  
Alma fave dixi: nam vt sint à Marte calédae,  
Annus & exoriens inde putetur auis.



SACRORVM FASTORVM

- Martius** Hoc quia tu natum conceptum mense tulisti:  
**sacer vir-** Utq; huius, sic hunc credimus esse tuum.  
**gini &**  
**christo.** S cis dea præterea quod mensum haud nomina muta:  
 Sed damus hos aris, numinibusq; suis.
- E** de precor sacer est præsens quo mensis honore:  
 Et dux ingenio da tua vela meo.
- V** ix ea finieram: pia quum regina deorum  
**Virginis** Protinus ad vatem rettulit ora suum.  
*i suo mē* **P** arteq; qua roseum vertit pulcherrima vultum:  
*se utrod.* Purpureum niueo venit ab ore iubar.
- A** tq; suum gremio natum complexa serenum  
 Cum foret: ex alto talia visa loqui.
- Q** uod prius ad proprium mensim vocor: accipe vates  
 Et tibi tu causas temporis ede mei.
- D** ixerat: & nati peccatus mihi contigit hastas:  
 Visus eram causas & mihi posse loqui.
- E** rgo suo funem soluas de littore puppis:  
**Q** uaq; vocat ventus: vela secunda ferat.
- Christus** I ura dabat latio sumptis Mars utilis armis:  
*i excidiū* Auxerat & genti regna superba suæ.  
**Martis**  
**deorū** A uidit in excidium veterum tamen ire deorum:  
*veterum* Qui domiti capiat totius orbis opes.
- V** enerat: & mari surgentem legifer annum  
 Hoc in mense dedit: qui quoq; Martis erat.
- S** ex ad lustra sibi iam tres adiecerat annos:  
 Subiucere imperium quum parat ille patri.
- Martis** Tunc sic armipotens: cum mense modo astulit annum:  
*furor in* Iam patet imperium subripuisse meum.  
*christum*
- E**t mihi thura ferant: referentur limina Ianis:  
 Det Bellona hastam: det furor arma mihi.

Deniq;

D eniqp mense meo conceptus mense peribis  
Christe meo : irati sunt rata verba dei.

D ixerat : & curru solymarum vectus ad urbem,  
Ora senis cepit : conciliumqp mouet.

I mpia iudaici surrexit turba furoris:  
Inqp deum fraudes , duraqp tela parant.

C ogitur in crimen proles sine crimine nata:  
V inclaqp cœlestes tendit in arcta manus.

C æditur & summa dum pendet in arbore cæsus:  
Trajicit immensum militis hasta latus,

P œna nefas sequitur : victi iacuere nocentes:  
Nec sine diffusus vindice sanguis erat.

T estis adhuc gens est , totum disiecta per orbem:  
Sacrilega tantum quæ scelus ausa manu.

V enerat ad superos domito redimimus ab orco:  
Romula victori sunt data regna deo.

T erritus hoc Mauors , clypeumqp resumpit . & hastam:  
Nox erat : armato protulit ora deus.

C ornibus hasta tribus , nonisqp ex orbibus ægis,  
Factaqp de spinis aurea cassis erat.

Q uinqp color lunæ : tunc quum sine nube videtur:  
Tactaqp fraternis candida flauet equis.

Q ualis & argento tunc quum circundatur auro:  
Talis in ætherci corpore regis erat.

E rgo Erebi , dixit : Mauors euersor in auras  
Reddor : & inuitò te mea tela gero.

M agna quod euerto : coelo quod magnus in ipso.  
Arbiter armorum , militaqp , vocor.

M ars mihi su nomen : sum belliger ; hasta cruore  
Aspice , victori quum madet ista mihi.

Christus  
armato  
Martiap  
paret.

Christus  
se Marte  
merito  
dicit

SACRORVM FASTORVM

T radita de victis est hostibus ecce corona:

Cœlum pro scuto est: tu tua tela iace.

P one hastam, & clypeum: quid tela resumis in illum?

Q uem mare, quem pontus, sydera, terra, tremit.

S it salis erratum: sensi tua vulnera sensi:

Fata: p: quæ dudum te duce sponte tuli.

Christo mensis M ense hoc concipi: morior redditurus eodem:

Martis Sit pudor, & mensem iam mihi redde meum.

Sacer. Redde, sed hæc, quæ nunc iubeo, tu mente teneto:

Nec rapiant celeres hæc mea dicta noui.

V itius es: vt non sis: aris te subiace nos tristis:

Pontificiæxter Cæsaribus p' meis.

A tqz illis sumpto, qua sol patet: omnia telo  
Mc duce des: iussi summa sit ista mei.

H ac tenus: ille gemens quia belliger ordine vincor,

Quanlibet imperium magne feremus, ait.

D ixit: & in domini conuerit tela rebelles:

Proqz deo forti militat vsp manu.

I lleqz dum pugnat: non cessat vincere Cæsar:

Barbarap ad patrios ferre trophæa deos.

Christi S ic sed vt attollant victoria signa manipli:

Martis Precedatqz aquilas fixus in arma deus.

crux pro vexillo. H unc sibi pilanus: rogat hunc ad bella tribunus:

Munitus p' acies hoc sibi quisqz parat.

N ostri hinc Martis opes nunc sunt: victoria magnis

Hinc & Cæsaribus semper honesta fuit.

H incqz suas retinet romana potentia vires:

Orbis et vrbs facta est religione caput.

H incqz aræ primus iam cedui & ultimus orbis:

Et quæcunqz deum terra timbit, erit.

Posteritas igitur mensis sacrauit amico  
Iura deo : veterem continuitq; notam.

Quæq; isto quondam faciebant mense priores:  
Penè manent: nam sunt res in honore nouæ.

Silicet & templis ignis renouatur , & vndas:  
Cumq; nouis sacris fit sacer ordo nouus.

Aude quod & longo spatio pia signa secuti,  
Incipiunt sancti proueniuntq; dies.

Victorisq; dei memorantur facta per aras:  
Militiaq; effert ultima signa dies.

Luce nefas illa credunt punire nocentes:  
Sanguine qua lauit crimina nostra suo.

Hæc quoq; per mensem lux corpora tingit oliuo:  
Ipsa deo vitam quod dedit , ipsa necem.

Mense quod emme vetus quoq; cessit , mollibus , isto:  
Dextra secat pueris matre iubente comas.

Hic honor est nati : ne matri munera defint:  
Hoc quoq; posteritas cauit amica deæ.

Femineas , Martis nam quas dixere calendas:  
Acceptit meritis sanctius illa suis.

Omnia nam tanquam sint virginis acta figura:  
Conueniunt illi : factaq; prima tulit,

Pace nurus Martis iuuit : fuit Ilia mater:  
Hæc nos pace iuuat : hæc ea mater erat.

Ite nurus igitur meliori numine frictæ  
Iuno ante , exquisilijs hæc modo vestrâ manet.

Ferte sed huic flores: sint candida lilia flores:  
Læta si ut quibus hæc nuntia læta tulit.

Ferte nurus : quondam Iunoni nang; ferebant:  
Hæc & fecundum dici e terpus habet.

Res rea  
nouabani  
tur , nunc  
et ignis et  
aqua re-  
nouatur.  
Sacerdo-  
tes noui.

Dies ve-  
neris san-  
ctus.

In æde  
Petri ole-  
um datur

Pueri to-  
dentur.

Calendæ  
Martis  
femine  
neæ dis  
Etæ virg  
ni datæ  
Vxor  
Romuli  
cōposuit  
pacē iter  
Sabinos.

SACRORVM FASTORVM

A ddite , dicebant : exaudi diua rogantes:

Atq[ue] feras votis parturientis opeim.

I nterea , quoniam hic cœlesti semine matris  
Sancta sacer totus tempora mensis habet.

Q uas modo cœpistis vestræ pro virginis ara:  
Mensis ad extremi tempora ferte preces.

**T**riangu  
lus matu  
rino ori-  
tur. **Q** uam bene qua dudum partus cum matre latebat:

Cras oritur tellus sydere Nile tua.

I usserat Herodes nudato sœsiter ense,  
Terribili teneros voce necare mares.

T elia trucis fugiunt materq[ue] , puerq[ue] , senexq[ue]  
Itur in Aegyptum , profuit una tribus.

L ætus erat factio , cœlo quum summus ab alto  
Hæc memori officij protulit ore deus.

S ancior ante alias nata ad miracula terræ:  
Plebs mea tot per quam tristia damna tulit.

C um mea sis terris : mea quo dicaris Olympo,  
Sospite sis nato sydere clara meo.

C œlo clara meo sis dixit sospite nato.

Cum sacer in Stellas angulus omnis abit.

Q ui quia tres fuerant , nomen tulit illa latinum ,  
Nomina cum à grais littera quarta daret.

**A**la dex  
tra Pega  
si vespe-  
re occidit  
Tho. A.  
quinati  
doctorū  
feriæ. **T**sol ubi de immenso sua bis iuga soluet Olympo:  
Se volucri dextra Pegasus abdet aquis.

**T**At ter voi è cœlo surgens Hyperionis ibit ,  
Astrap luciferis Phœbus abegit equis.

V irgo tibi è templo surgit tua gloria Thomas ,  
Qui gemii antiquos viæta Minerua focos.

H ic hos ille silens de te tam multa locutus ,  
Edere inigitus iam parat ante pedes.

- S cilicet instar apis per summa rosaria pastus,  
Dædaleos docto concinit ore fauos.
- P roxima cornigero cecinit quoq; carmina patri,  
Grandeq; leguumis versibus edit opus.
- H inc duo proponit patribus præconia famæ,  
Dum canit hinc leges : dum colit inde deam.
- T pellet ubi è pratis roratas mane pruinas  
Sol bis : T alipedes ad iuga cogi equos.
- I te piæ matres : romanam insite diuam,  
Hic ubi fert titulos virginis ara noua.
- H oc ut agat , vestrum quæcunq; erit apta Mineruæ,  
Ocia det lance : pensaq; nulla trahat.
- P roq; colo violas , pro lana lilia quærat:  
Spargat ut ins tumuli frigida saxa manu.
- V iderat hæc vitio labefactas forte puellas:  
Quum sic , ex illis non ego , dixit : ero.
- S ylvia nam rubuit : fleuit Lucretia lectum,  
Hæc quia passa deum : furtæ quod illa tulit.
- C laudia commouit turritam fune Cybellen:  
Reddidit Aemyliæ carbasus alba focum.
- N upta licet dicar : castis numerabor in istis,  
Vesta faue : Iessis virgo sit illa mihi.
- S ecubat hæc dicens : meruerunt sydera mores:  
Aedeq; stat vestæ facta beata suæ.
- M atribus exemplum peperit quia sancta pudicis,  
Lege domi castas , quod fuit ipsa , facit.
- E rgo sacra patet via qua fert dona senator:  
Atq; memor ciuis Roma fit ante patres.
- Q uod donabat opes : ne cesset : mane penates  
Pandit: habet festas publica mensa dapes.
- Oratio i  
Mineru  
æ.  
Beatae  
Frâciscœ  
in æde  
Mariæ  
nouæ.
- Flores  
portaban  
tur.
- Monaste  
riū pudic  
carum  
Munus à  
senatore  
epulū pu  
blicū in

SACRORVM FASTORVM

*monaste- I nterea pubes , qua stant ad busta puellæ:*  
*rio.*

*Q uaq; ferunt violas , sertaq; cede loco.*

*D icite cumq; illis sancti requiescite manes:*  
*Mensq; polo , terra molliter ossa cubent.*

*Sol i A. C Postera lux oritur : sol & de pisce recedet,*  
*riete fig. Vernaq; Phrixæ signa subibit omis.*

*Isaci in E rgo quod Abramus sua pignora reddere cœlo*  
*Phrixo. Iussus erat : sacrum nate feramus ait.*

*M ons erat : accedunt (Moraum Syrus incola dicit)*  
*Constiterant : summo ponitur ora iugo.*

*I anc iuuenis circum (mens est tam cœca futuri)*  
*In summa ramos figere tentat humo.*

*Q uasq; humeris tulerat : sacros componit ad ignes*  
*Sedulus , arentes comminuitq; faces.*

*T hura focis aderant sacris arsura deorum:*  
*Vittaq; cum cultris , tostæq; farra suis.*

*I nscius exposci cum sit : cœlog; requirit:*  
*Protulit ante sacros talia verba focos.*

*C uncta parata manent iam nunc & culter , & ignis:*  
*Victima ubi est , arat quæ parec' exta , pater?*

*V ix ea finierat : lachrymis quim magnus obortis*  
*Sic ille: ad sacrum posceris agnus , ait.*

*A uidit vt hoc : subito solitus color ora reliquit,*  
*Mox pius , vt potuit , maxime fiat , ait.*

*D ixerat : ardente m quim se nudauit ad aram:*  
*Corpore cum facie par tibi Phrixæ sua.*

*Oblatio Isaci deo ab Abra mo.*  
*V idit vt intrepidi nudatum corpus ad ignem:*  
*Leue magis conchis , candidiusq; niue.*

*H eu pater heu , dixit , quo non erat & quior alter ,*  
*Iam ferus innocuo sanguine dielus ero.*

Dicitus ero genitor: pariterque ad sacra sacerdos:  
Alter ego ex istis non tamen esse velim.

I amque recusantem deus ipse, & tempus, agebat:  
Compulerantque pias ardua iussa manus.

Ille tamen sacra velatus tempora vitta  
Stabat: ab umeribus captus ut agnus cuius.

S pargit aquam genitor: palmasque in terga reflectit:  
Terque ligat soluens: ter soluitque ligans.

S cilicet ab lachrymæ mentem impediere paternam:  
Quæ uerebatque manus segnis ad ista moram.

D enique ut insistens tam tristia facta peregit:  
Nate ait: immenso da pius exta deo.

D ixerat: ille, dei audito tunc nomine, collum  
Flexit: & ex humeris respicit ora patris.

A tque, ea respiciens, iugulumque extensus apertum,  
Accipe ait, genitor, iam damus exta deo.

I llle polum spectans vagina liberat ense:  
Vulnus & elata libratur ab aure manu.

A spicit omnipotens, quem missus ab æthere pendet  
Aliger: & presso corripit ense manum.

A tque ait innocuum genitor ne charge cruorem:  
Sat fuit æterno te voluisse patri.

D ixerat, à nebula quum circumfunditur aer  
Non secus à Nephele quam tibi Phrixus tua.

V eritur: ecce aries prope constat: vector ut Hellest:  
Subdita sic cerua est Iphigenia tibi.

A ccipit, atque aræ precibus de more paratis  
Isacus eripitur: subiiciturque pecus.

F aetla deus vidit: locus extat: prima sed ara est:  
Quoniam pecori dixit: tu quoque sydus eris.

Patris  
pietas I.  
faci pa-  
tientia.

Aries  
supponi-  
tur pro  
Isaco.

SACRORVM FASTORVM

Dixit, it ad colchos lana hinc : fit sydus imago:  
Stellis àq; octo clara decemq; micat.

Aequino  
Etū Ver  
num. **C**Tempus idem spatio lucca cum noctibus & quat:  
Est & ab officij nomine dicta dies.

Hyemis  
abcessio **C**ornibus & tauri nitidus diffunditur annus:  
Vere & sole aucto frigida cedit hyems.

**C**Ast ubi protulerit caelo bis Cynthia orbem,  
Tectaque bis verno rore tepebit humus.

Gregorio **A**ula frequentatur romani patris, & ara:  
Ima palatinus qua iuga collis habet.

**Q**uae dederat q:ondam superis coniuia mensa:  
Annua tunc crucias exhibet illa fabas.

**S**tat specus, & scabro defossa cubilia tofo:  
Inspicias iures numen inesse loco.

Terra  
sancta. **R**ore super postes sunt fusa cadavera sacros:  
Et pia compositis ossibus albet humus.

Murciū. **D**extera fert templum, exemplar dare creditur arti:  
& ligno-  
rū fabri **Q**ui ædificant tecum munus Epee ferunt.

feriantur **I**te nurus: vos hic romano texit amictus  
Inuentor  
habitus **I**te chori: hic statuit verba canenda notis.

fœm. &  
cantus cū  
notis. **C**ernite ut in media populo pulcherrimus & de  
De tribus is doctor templifer unus adeat

**A**lba columba sacras quamvis tot dixit in aures:  
Nunc quoq; non cessat de pietate loqui.

**V**it taceam domini mater quod, imago, locuta est,  
Reddit aucto verba tacente choro.

**S**cilicet ille modis pater omnibus æthere dignus,  
Colloquio superum non abigendus erat.

**S**ed statu cunctorum omnium sunt solennia diuina:  
**Q**uamq; dabit tumidis iusta, rogandus erit.

Nunc

**N**une properate elegi mora ne sit segnis eundo:

Scilicet enim vobis quam via longa manet.

**E**rgo quater denas lucea quia iure reduxit,  
(Non statu sunt quamvis nam petit acta locus)

**V**nde herbosa fames: scelus est cur ponere carnes:  
Cur regat et tempus: nomen et unde, caniam.

**F**elix arbor erat, coelesti consita ripa:  
Quatuor irriguis qua viret hortus aquis.

**P**ræficit omnipotens primos huic forte parentes:  
Arboris et pomis abstinuisse iubet.

**O**rta fames hinc est, ieuniaq; tempora primum:  
Aq; his mox ad nos venit in ora stupor.

**S**cilicet a Stygij capiuntur fraude draconis:  
Factaq; in exilium est omnibus una dies.

**H**inc procul expulsi mortalia corpora facti,  
Turpiter errabant per loca sola duo.

**H**erba dabat vietum, virides modo nata per agros:  
Potus aquæ fuerant, saxaq; et antra domus.

**P**allida phaginea velabant corpora fronde:  
Incompti longis, implicitiq; comis.

**C**arne quod orta venus, crimen quod venit ab illa,  
Apponi carnes insituere nefas.

**H**inc famiæ primum didicerunt prandia leges:  
Et tenues nobis sunt in honore dapes.

**H**inc sicut Helias: lex fit: sicut agnifer: esca  
Abstinet et Moses: esuriqtq; deus.

**V**enit in exemplum: dederant pro parte nepotes  
Iam poenam: decimam temporis ara petit.

**A**ccipit: atq; duæ et decimæ quater illa putantur,  
Temporis editi lege, fuisse dies.

Quadra  
gesimæ  
Refor-  
matio.

Ieiunia  
primavñ  
orta sunt

Ieiunii  
lex qd  
nata.  
Decima,  
dierum  
quadragi  
ta duoru

SACRORVM FASTORVM

Venit ad hanc curam romana lectus ab arce:  
Bisq; suo spatio sensit abesse duas.

Sex dñi. cæ à qua draginta.  
Lætitiae sunt signa inquit: demandantur ab atris  
Tempora de domini nomine dicta mei.

sex die= bus atris tolluntur  
P arteq; pro dempta succedant quatuor illi:  
Q uos sibi præcedens septimus vñs habet.

Q uatuor hinc quod dat: decimaq; in parte reponit,  
De numero factum tempora noinen habent.

R itibus ornatur spatiū, sanctumq; vocatur:  
Q uoq; magis crescit: plus sibi thuris habet,

Dies Ci P rima dies cinerum est: canit aspera verba sacerdos:  
nerum. Q uæ deus expulsi dixerat ante polo.

P er vos dixit enim crimen iam morte piandum:  
Par sq; mei vestro sanguine nata cadet.

I bitis: illa colo, tu viues rure ligonet:  
Sudor erit vobis, quod fuit ante quies.

S ic sed ut exactæ post multa pericula vita,  
Cum non mortalis iam mihi vterq; foret:

P uluere nata prius fiant rursum arida puluis  
Corpora: desierat: diriguere metu.

E rgo quod illa dies leti, quod prima malorum,  
Causa fuit: quod ait tristia verba deus.

F lectimur in: templo: atq; horrenda voce minarum  
Vertice signato, fit cinis ipse meus.

Prædica tur post Baccha= nalia.  
N e graue sit tempus: quoq; declamat ad aras:  
A te quo redeant ad sacra Bacche manus.

P lena supercilijs funduntur verba seueris:  
Bis ter adorato semper ad illa deo.

S æpius auditis his se se vertit ad aram  
Efferus: & supplex thura merumq; dedit.

S æpe homines vidi sua septima festa colentes,  
In populi faciem poscere fontis aquam.

E st. p palestinis sed mos deductus ab aris:  
Primus ♂ hunc Nomias, primus et Esdra tulit.

H oc deus, in terras qui venit ab æthere, fertur  
In solio populo iura dedisse suo.

H oc prius & syluis Amphion & Orpheus egit:  
Principium magnis urbibus inde fuit.

H oc fuit ♂ cantu duras deducere quercus:  
Inq; nouos muros saxa coisse lyra.

A rdua bisseni subeuntes iussa magistri,  
Sic quoq; tot gentes supposuere duces.

H oc pia pontifices, maiorum facta secuti,  
Pectora formabant plebis in æde modo.

A st ubi Maiestas aucta est, sua iura recusat:  
Atq; viri alterius fungitur ara vice.

S emina mandat humo, segetes vt carpat arator:  
Falx adit, & vitem fundat vt vua' merum.

C oncinit e' solio tonsus pia verba sacerdos:  
Arguto mentes reddat vt ore deo.

H inc pietas, hinc orta fides, hinc ritus, & ara:  
Magnarūq; odium, curaq; vilis opum.

H æc cœlo fecere viam, cœlumq; dedere:  
Crimineq; amissos, restituere lares.

O cia sic terimus longa est sic mollior hora:  
Ad cœnam donec hostia pura vocet.

I nde quod in templo luce una his stare solebant:  
Qua, steterant, statio tunc ea dicta dies.

A dditus est error, Heliæ gratus & error,  
Atq; deo, & tollit qui scelus amnis aqua.

Prædica  
tores pri  
mi.

Pontifi.  
olim ipsi  
prædicab  
ant.

Effectus  
prædicæ

Statiōes  
vn̄ insta  
tiōe erra  
mus, ve  
Helias  
Deus, &  
Ioānes i  
deserto e

SACRORVM FASTORVM.

- I**n Egy= p̄sa quojs Aegyptus pia, qui vexatur ab annis  
pto Iud. In totidem trahitur sollicitata vias.
- S**tatiōes S eruet ut exemplum, sc̄ptem pulcherrima colles  
vrbis. Roma per, & circos, & forā carpit iter.
- N**unc & Aventinū, nunc & iuga proxima cœli  
Transit: ab his cœli rursus itura iugo.
- H**inc subit Exquilijs, & vīniis aspicit arces:  
Inq̄ Q uirinalis deuenit inde latus.
- P**erq̄ sacras ædes petit ardua Vaticanum:  
Vnaq̄ præteritum sæpe recurrit iter.
- E**t modo qua uetus vrbs, et qua noua cernitur, ibit:  
Hinc Ihermæ: hic fontes, ripaq̄ Tybris erit.
- Q**uo trahor: hic longum est, errores dicere sacros:  
Deseritur sanctus nullus in vrbe locus.
- Q**uodq̄ p̄ij vates, syluis deus ipse quod egit:  
Exemplum legis dum via longa parat.
- T**urba pererrato veluti redeamus ab orbe:  
Vrbe pererrata gens peregrina sumus.
- C**ardina libus in capella dñicis missa ita dicunt cū oratione, A dde quod et patribus, loca quāvis ista frequētent:  
Quot domini luces, tot parat ara focos.
- Q**uiq̄ usus fuerat causarum ad iura disertis:  
Facundus trepidos dum iuuat ore reos.
- V**t solet in multis diuorum protegit acta  
Mane: loci &, laudes sic melioris habet.
- I**n media quadra. pueri cas rica & oua pete bāt canē tes e sci dētes pa leas. Q uam cito di celeri labuntur tempora cursu:  
Quāq̄ fugit velox non redditura dies.
- H**ostia iam pueri pulsant, & carmina cantant:  
Quaq̄ cum fici poscimur ante fores.
- S**ed paleas scindunt, tempus secessit vtrinq̄:  
Deq̄ quater denis bis patet esse decem,

- H**oc quoq; dum faciunt in duro marmore nixi:  
Sæpius his tunsus culter in ora redit.
- D**ebita suscepto renuuntur dona laboris:  
In miseras cultri vertitur ira fores.
- A**ltera ne desit nota scissi temporis illis:  
Vtq; famem minuant, prætereantq; ioco.
- S**eptipes arcta manus a' tergo fœmina (vulgi  
Fabula)flet medio secta iacetq; foro.
- V**irginis interea populo reseratur imago:  
Aurea pontificis fertur ab æde rosa.
- O**ra dei templum velamine cœlat ad aram:  
Palma datur, vincet: pompa stat ante fores.
- E**cce sed accumbit: linguisq; animisq; fauete:  
Me miserum, hæc domino est vltima cœna meo.
- V**tq; nouis populis fiant monumenta futuris:  
Iam cum pane capit pocula plena mero.
- H**oc ET ait: corpus panem libate (tenebat)  
Hæc bibite ista meo sanguine vina madent.
- E**ste mei memores: nam vos quā sæpe per aras  
Hoc facitis: præsens corpore semper ero.
- T**radidit ET pedibus lymphas: seruat sur ad aram:  
Mensa datur, patris munera pauper habet.
- O**rat opem supplex: precis iuit carmen in vsum:  
Ilicet: inueniunt: injiciuntq; manus.
- A**lera silent templis: ponunt altaria vestes:  
Rostraq; pontificis tristia verba canunt.
- C**ernitur & facies: tumulo qua scena futuro  
Hostia stat, non dum supplice sparsa mero.
- F**leclimur ante illam: nō uno est lumine lampas:  
Aureaq; in gradibus tellitur ara suis.
- Dona nē  
gatibus  
Ianus  
lacerant
- Fœmina  
diuiditur  
in foro.
- Virgo de  
legitur ro  
sa à papa  
donatur.
- A' cœna  
dñi cōio  
oritur.  
Cōsecra  
tionis ho  
stiae ori  
go.
- Oratio  
dñicabie  
orta est.  
A' ponti  
fice male  
hostibus  
dicitur i  
rostris  
quod ana  
thema di  
citur.  
Sepul  
chrū ex  
scenophe  
giis iudie  
orū figu  
ratum.

SACRORVM FASTORVM

N igras communem monstrant velamina lucis:

P assiois Additur & miles sa pius ante fores.

hi: storia C orda mouet tristi recitata Tragedia casu:

in nocte Ducereq; in lachrymis tempora nocte iuuat.

T er strepue re chori: luces dixere tenebras:

Stant pueri templi fusibus ante fores,

I nstruc- P erq; vias illis arguto garrit in axe  
metu pue Pendula, & insertis versa tabella rotis.

roru, ad T urba latet sceleris: sequitur sua poena noctes:  
strepitus Inq; deum lapides quos rapuere, ferunt.

D ie Ve- V ltim a lux oritur: celsa super arbore pendet:  
neris san Pro facinus, languens dissimilisq; deo.

cto, deus A spice demissis ut squallent ora capillist:  
cruce ere V tq; subit laceris spuma cruenta genis.

N on secus Acteon: vidit quum labra Dianæ:  
Factus erat canibus praeda cruenta suis.

L iuide quid satuis: hac in te poena redibit:  
Qui necis opprobriū hoc vindicet, alter erit.

Q uid fremis: en mitis litho quem subicis agnus,  
Sponte sua cultris obtulit ipse latus.

O bscura O ccidit: offensus coelavit lumina Phœbus:  
tio Solis Lunaq; fratnos pallida fugit equos.

D ura sub iniecto rumpuntur saxa dolore:  
Ad nos & manes territa mittit humus.

N os & amara dies lacuca pascit agresti:  
Dievene Sacra silent mœstus stat sine sede pater.

rissacto, T ristia deflemus: quare, dum tristia flemus:  
Papa in Tu quoq; nobiscum iam dea solue comam.

sede non sedet. I lle tuus natus, tam magni cura parentis,  
Tendit in educta Sauius ossa trabe.

L I B E R III.

- S ydera ne clamis, et quæ tria corpora restant:  
Omnia sunt lachrymis languida facta tuis,
- A nnuius hic luctus mortalia corda mouebit:  
Hac & luce volent illachrymare feræ.
- T empla frequentantur: cæsi portatur imago:  
Quæ loca contigerat, visimus illa prece.
- C um titulo inspicitur Clavis, fertuq; cruentum:  
Parfæ crucis, nomen qua dedit illa loco.
- V isitur & vultus face multa: templaq; nautæ  
Nocte sodalitijs, nobilibusq; patent.
- A nte illum, inq; vijs, hamato terga flagello  
Nuda petunt: fuso sanguine pene iacent.
- V erbera concreto terrent infracta cruore:  
Cumq; metu lachrymas ingeminare iubent.
- C ircundantq; aram: tecloq; ad tristia vultus  
In misera tolli crimina voce rogant.
- P arce genisigitur virgo: retne sperne rogantes:  
Iam causam luctus pœnitet esse tui.
- C ūq; illis dicas, Cuspis miserere tuorum:  
Nobiscum & repens gcula fige cruci.
- A dde, dei facies exaudi vota precantum:  
Et radijs nobis crimina tolle tuis.
- S ed vult dona puer: niueaq; in ueste sacerdos  
Spargit aqua, inq; domo, corpora perq; vias.
- S at datu erit lachrymis: lux est iam tertia mater  
Læta ades: & moestam pone Thalia lyram.
- Q uod vetus ante fuit, per totum tollitur annum:  
Cereus & flammæ sunt in honore nouæ.
- S cilicet amissos recipit iam terra colores:  
Exuitur serpens, & renouatur auis.

Societa-  
tes in no-  
tæ ad. s.  
Petrum.

Socii te-  
eti, inter  
quos, &  
nobiles se  
flagellis  
sauciane

Lancea  
in die: in  
nocte, &  
die vul-  
tus san-  
ctus, osté  
ditur.  
Sab. san  
cto, aqua  
bñdicta  
per do-  
mos.

SACRORVM FASTORVM

- O**rdo*n*ationes *fi*unt *cum* *igne stup* *pæ.* **V**ertice de summo consumitur igne volumen:  
Vestigia non tacta sanctius arca calet.  
**S**acra noui hanc circu fundunt iam thura ministris  
Purpureas patres accipiuntq; togas.  
**A**era sonant: sanctum properant altaria nectar:  
Lætaq; plebs inquit: cras cibus agnus erit.  
**R**ursus & hæc dicens, dominū fratresq; salutat:  
Terq; loco supplex fundit in ora preces.  
**F**orsitan & pietas septem compellit ad aras:  
Crimina siue iubent, intima siue fides.  
**I**nde die domini, quæ octauo it semper ab orbe,  
Gaudebitz longam dissoluetq; famam.  
**G**regorio interea referens accepta recedit:  
Multaq; in Aprili mox peragenda putat.  
**D**eniq; festa sua vt sifat, renouabitur agnus:  
Septima pontifici sua stabit hyems.  
**S**cilicet in niueæ formatus imagine ceræ  
Redditur infernas qui modo liquit aquas.  
**V**ictus terq; oleo, ter viuo flumine purus,  
Agnifer vt docuit, poscit vt ipse puer.  
**N**oxia formosus ceu viuus numine pellit:  
Est & in aduersis quod deus esse solet.  
**A**ibaq; qui capiet cras summus pallia pastor:  
Dat populo: ex albis cui nota facta die.  
**S**ed iam frigus abit: redeunt cum numine soles:  
Et deus ex vero ver tulit ipse suis.  
**Q**uod redit hic, volucres implent cœctibus aurass:  
Nobiscū & gaudet, luxuriantq; feræ.  
**E**xulat omne nefas, Pascha est, icunia cedunt:  
Paxq; iste criminiibus, mensaq; pinguis ad est.

A' patre iāq; bene eſt dictū: per compita ludunt:

Nescio quid tacite pectora nostra iuuat.

C Sed ter luce sua pepulit iam sydera Phœbus:

Atq; indefessos ire coegit equos.

A urea cuiq; micat ſtellatis fluctibus vna:

De cœlo fusa surgere tentat aqua.

C Quū bis erit nitidū ē ſummo iubar æthere: ſola

De toto pifcis corpore cauda patet.

V na dies media eſt, & tollet nuncius alas:

Quo duce habet ſterilis pignus Elifa ſuum.

P roximus ex illo ad ſua ſacra, Iofephus & arā,

Fabrorum doctas ducet ab arte manus.

H uius enim digitis ſummi fabricator Olympi

Creuit, & eiusdem factus alumnus erat.

H oclicet & poſſit tutelam afferre fabrorum:

Est quoq; pro vero cauſa ſecunda ſuo.

F ulcro aptabat opus: ſigno mensura tabellis

Stabat: iudicio ſubdideratq; ſuo

S ubſecuit doctarn decepit linea dextram

Deq; illi breuior pluribus vix fuit.

S tabat cœli anthon, fabrorumq; optimus idem:

Atq; ſeni arridenſ longa ſat inquit erit.

I nquit erit, tetigit, menfuram tacta recepit:

V naq; cum multis apta peregit opus.

Q uisq; exoptat idem, ſtudiūq; requirit ab illo:

Tutaturq; fabros utraq; cauſa ſuos.

V irginis ergo ſuæ quod cœli eſt forte maritus:

Quodq; dei cuſtos, quod quoq; sanctus erat.

Q uodq; illi in manibus demum creuere tabellæ:

æstas. C interea imperium sibi fortius accipit æstas  
Incipit et vires certa mouere suas.

Consola  
tiois sta-  
rioquæ. C iamq; duæ domini peragebant nomine luces  
Tempora, et labam munus agreste actæ.

- A**udio quum strepitus sera sub luce tubarum:  
Consolantis habet qua dea virgo notam.
- A'** capitolina tubicen huc venerat arce:  
Ceu modo Saturni fit quoq; s̄æpe die.
- C**ur faciant quæro, causam nescire loquuntur:  
Ipsa licet media fulgeat ara via.
- P**lurima de templo se suspendebat hirundo:  
Nullo visa magis crebra tabella loco.
- H**is ego perlectis redij, nec carmine fastis  
Tunc rudit hanc potui condere rite diem.
- C**Rara fides vēris, Zephyro ne credat agrestis:  
Ille licet iubeat pandere vela rati.
- S**ed, cui secta seges nondum, nec ferta parauit:  
Vt terat aggrestas area diues opes.
- B**arnaba lucifero quia thura requiri eodem:  
Afferat hæc supplex, expediatis preces.
- V**idi s̄æpe huius nam qui neglexerat aram:  
Post modo decussis frugibus imbre queri.
- Q**uæsp; sibi è culta sperabat vite racemos:  
Grandine detonsos procubuisse solo.
- P**alladis & pinguis legisse sub arbore fœtus:  
Atq; nouos flores, pomaḡ acerba, manu.
- S**cilicet ingentes ciet hæc persæpe procellas,  
Atq; satis dura est, arboribusq; dies.
- C**ancrum adeat quāvis sydus pluviale Capella:  
Non tamen hinc nimbi causa nocentis erit.
- N**anq; dei iussu cum iam mandata tulisset:  
Creditus & terris Iuppiter ille foret.
- C**hura parat populus, negat hic, dedit ille neganti,  
Facta lumen tangunt, claq; nube capit.

Zephy.  
rus flat  
Barnab.  
apost.

Tempe-  
stas iter-  
dum.

SACRORVM FASTORVM

Aſpera frons ſoſis detundet vitibus vuas:

Farrag̃ teinpiſtas turbine ſternit humi.

Sacra duci properant, pelluntur nubila ſacrī:

Et viſtis poſuit Iuppiter arma manu.

Cerag̃ placandæ ſic tempeſtatis ad illum

Venit, adhuc hanc ſi riſtice quærif, habet.

Hædi ðc **C**ertus hinc pluies cœlabit lucifer herdos:

.Phœbus: ad occiduas quum celer ibit aquas.

Deip vndis humeros leues attollit Orion:

Bellatrixq; illis Limpida nomen erit.

Nubeq; collecta demittit ab æthere nimbos:

Nauta, præmonio, te prope littus age.

**C**onuicat ille licet, placabit mercibus æquor

Tunc paterā Padua qui ſibi nomen habet,

P lacet is **C**ur hoc, ut ſaire in templo petebam:

Munera mercator, thureq; mene dabat.

**Q**uæſieram cauſam, qui renti ex æde minister

Sic illam mihi retulit ore mihi.

P uppe vir impositus fulcabat mercibus æquor:

Venit hyems, hyemis ſollicitatur aquis.

L intea ſuccumbunt, torti crepucre rudentes:

Fugit humus, medio ſubtrahitur q; ſalo.

D at latus, **C**onfluctu tandem compulsa ſinistro

Puppis, ab insano vortice verfa genuit.

P oſcit opem voto vietus mercator ab vndis:

Et ſi pifcis, ait, ſi tibi paret aqua.

C edat hyems pelagi, ceſſauerit illa, receptus

Diue dabo meritis debita tempora tuis.

T alii dicebat, ſed opes iaciebat in æquor,

Preſſum aurum, at tumidis gaſa natabat aquis.

- Fit spatiū, sēni pacantur in æquore fluetus:  
Et sua tranquillo est reddita forma mari.
- Lucifer unus abit, pariter processerat alter:  
Spes aberat, rerum tardaq; visa fides.
- Poortus erat, madidum piscator rete trahebat:  
Traxerat & pīscem, pīscis habebat opes.
- Emerat hunc mensē mercator forte futurē:  
Tecta petit, tepidam præparat ignis aquam.
- Facta cano, culoris aperitur bellua ponit,  
Inspiciunt, aurum pīscis apertus habet.
- Fama volat facti, pīscem vocat ille fidelem:  
Thuraq; dāt diuō, celsaq; templa struit.
- In illis puppim, quoq; nunc quæ pendet ad aram  
Frondea, tunc fecit, factaq; vota docet.
- Hinc, sibi qui merces, et qui rem perdidit, illi  
Dona vount, votis lāetus vterq; redit.
- Uraq; Mercurio quæ fecerat ante vetustas,  
Hinc dat posteritas, certaq; sacra facit.
- Curaq; facit ratio est, sed rebus idonea nostris:  
Vana quibus stulti fabula cedit aui.
- Reruerat solers mutandis mercibus ille:  
Hic mercatori pīscē recepit opes.
- Ile imberbis erat, barbae lanugine prima  
Hic tegitur, capiti tegmen vterq; tulit.
- Penningar Atlantiadæ est, hic corāis tollitur igne:  
Vnde Capense illi, Tybridis huius erit.
- Nec minus interpres fuit hic velut ille deorum:  
Albaq; pro virga lilia, & angue gerit.
- Steq; vt ille suis periuria dura remittit:  
Veritū & in celeres impia facta notos.

Puppis  
mercato  
ris suspē  
ditur ad  
fores.

Mercu  
rii vetus  
consuetu  
do huic  
datur.

# SACRORVM FASTORVM

L ucræq; dat facilis, coniungit gaudia lucris.

Duxi ēT emptores, quod facit ille, nouos.

D ixerat, at libo dic cur procumbit asellus?

Fini cram, causam quum mihi blandus ait.

G ens erat ēT sacris, & nostris perfida ciuis,

Dura p, qua fusas Adria tollit aquas.

H ereti. D ius adit, clausum cecinit sub imagine panis  
corū du-  
ritia.

Esse deum, iisit impia turba fidem.

E rgo sacro, dixit, libo ducatur asellus:  
Conuincam pectus mollius esse feris.

D icta dies fuerat, quum turris ab ære vocati  
Conueniunt, medio ponitur ara foro.

R em facit, arcano pater afflat carmina panis:  
Verba p vulgari non referenda uiro.

D uicitur ad sacrum dudum iejunus asellus:  
Hostia p, inq; cibos hordea, fusa, manent.

Miracu-  
lū de ho-  
ro. S iue quod ille deum panis sub imagine vidit:  
Forte incens qualem viderat ante bouem.

S iue quod hoc superis visum est, pius hordea liquit:  
Et stetit ad libum, procubuitq; deo.

F acta cano, populo verum sua scena probauit:  
Vitus erat tacita fundere voce preces.

F leuit adorato gens consciente numine culpam,  
Ara foro posita est, statq; ut asellus erat.

A dmiratus eram, turpe est non credere dixit:  
Damna quidem tantum sæpe, secuta nefas.

Q ua Padus est libo(res est hic digna relatu)  
Corporis ēT precibus venerat apta dies.

F essus luce sacra manet ad præsepio taurus:  
Vomereq; appenso culta quiescit humus.

epositæq; tegunt agrestia corpora vestes:  
 Fasq; putant festos ducere in orbe choros.  
 pompa ferebatur, qualis de lucibus octo  
 It vaticano per fora prima iugo.  
 sic ut erat, demens illi insubet ipse choream  
 Præposuit, viuum post habuitq; deum.  
 ra mouet superos, sic ut salt ille remansit:  
 Perq; gradus generis crimen id iisse putare.  
 roq; air, his possem cum plurima iungere vera:  
 Sat tibi pro libo dicta fuisse putas.  
 aetas succurrant, quoties patet hostia templo:  
 Sunt maiora quidem saepius ista fide.  
 Ane erat adscendi, gratesq; vt conuenit egredi  
 Audio quum hanc etiam corporis esse diem.  
 cilicet hac inquam casus luce obtigit illi:  
 Dicebam, video quum properare nurus.  
 bam, alti in mūris proceres solennia ducunt:  
 Condita velleribus qua via sacra patrum.  
 umq; illis pariter, nati melioribus astris,  
 Ordine selecti cum face cœtus erant.  
 onditor orbis adest, velatus imagine panis,  
 Procubuit posito fœmina virq; genu.  
 aximus at pura pater hunc cum ueste ferebat:  
 In solio juncta, conspicuaq; manu.  
 inc atq; inde oculis velabat sacra flabellum  
 Argetuis, quo stat, vitreus orbis erat.  
 ummaq; texebant sacræ fascia gemmæ:  
 Inspicias, radijs solis inesse putas.  
 rgo sua celebris circum viua hostia pompa  
 Ipsa ferebatur plebe sequente choros.

Pompa  
 corporis  
 Christi  
 officia  
 les cū fo  
 culis.

Pontifex  
 vettusq;  
 corpore  
 Christi.

SACRORVM FASTORVM

- R e'spicio, prope turba aderat, vulgiq; corona:  
Saltabat media vir tamen ipse via.
- F ac̄taq; narrabat, modo quæ mihi forte sacerdos  
Atq; sui generis crimina fassus erat:
- D emum ait, o ciues sanæto procumbite libo:  
Quem patior saltus contigit unde ibi.
- D ixit, T æra petens vltro ciurop; meabat.  
Resq; iocum, pariter tristitiaq; dabat.
- S peetabam simul huc si nul et miserebar, ab ipso  
Non poterat saltu nam tenuisse pedes.
- M otus eram facto, sic ut quoq; turba, roganti  
Fortunæ tradò munera parua meæ.
- H offtiaq; inde in quam cuius sum sacra secu'us,  
Da mihi cum sano corpore mente frui.
- Vito & Mod. ca nū feriæ **T** Prima vacat signo: pietos notat altera fastos:  
Sacraq; cum socio tempora Vitus habet.
- T empla celebrantur veteri coniuncta macello:  
Qua titulum diui claviger arcus habet.
- S preuerat ille louem, fastus vt poena sequatur:  
Ingeritur canibus, subiiciturq; leæ.
- R edditur incolmis, mouerunt facta minores:  
Atq; canum læsos morsibus inde iuuat.
- H incq; stat ante pedes diui canis unus et alter:  
Et valeat quantum numen, uterq; probat.
- S it licet Aetleon, roget hunc non taetus abibit:  
Sitq; Crotopiales à cane tutus erit.
- Oleū & pāis scri pius sa- nae & la pīs mar- tyrum. **P** rofit is vt semper, sacrum seruatur ollum:  
Panis, & in multa transitione lapis.
- V idì ego demorsum, fureret cum Sirius igne:  
Et medicæ tristis quercret artis opem.

H is posito morbum subito pepulisse furore:  
Numinis & pestem deposuisse nota.

E st domus illustris, canis est sed imagine nota:  
Ncta p militiae nomine, equestris honor.

F ama refert illam cane læsis demere virus:  
Panegy, vel scripto tradere rebus opem.

D iue, tuæ interea quia turba Diania curæ:  
Da precor hac læsis ne timeantur aquæ.

**C** Q uā bene succedunt quoq; certo sydera casu:  
Ut tecum veniat, suscipiatq; canes:

P roximus ætheria quū cedet Phœbus ab arce:  
Et volet è curru soluere serus equos.

A capite incipiet curuare Sagittifer arcum:  
Hac vir parte sibi, cætera fortis equus.

**T** Tertius Alciden sensim teget æquore Titan:  
Frenauit viæta qui nece marte canem.

**R** uip; sacra domuit tot monstra inmania clava:  
Pacauitq; orbem, restituitq; patri.

Orta uitq; humeris cœlum, dum vita manebat:  
Dūq; eius populos aurea lingua docet.

erq; duodenos viator tandem ille labores,  
Pertulit Oreste fata cruenta iugo.

ndeq; ab ærumnis deductus in æthera sydus  
Fulget, & allatæ dona salutis habet.

**A**estibus imminens aer feruebit: at ipsum  
(Si petilis tempus) luce sequente dabit.

**P**ostera Tiboni quum cœlo fulserit vxor:  
Est pia quæ muris addita, virgo litat.

**n**nus erat festus, sanctum dixere minores:

**Q** uum tulit è medijs mœribus illa caput.

Caput  
Sagitta  
rii vesp.  
oritur.

Heru. i  
fi. christi

Aëlus in  
tensio.

Virgo mi  
raculorū  
è medijs  
mœribus

SACRORVM FASTORVM

S eu præsepe suo quia nato forte placebat:  
Duet ut ille alios, quo sibi pauper erat.

S iue hinc è muris populum vt tueatur ET urbe:  
Vix ingens humili constitit illa loco.

Quū subito (vnde nota est) micuit casa parua tabellist  
Non procul à porta popule cana tua.

A lma nurus igitur postquam seruaueris ipfas:  
Pro populo felix in statione mane.

Lepus s. CHac quoq; luce feret quū p̄ia crepuscula Phœbus:  
Iuliani Te mitidum cœli cernet ab arce lepus.

Apparet

Vesp. I uerat in saltus miles, cā forq; parentum:  
Quum vidit leporem, p̄cedaq; dixit adest.

D ixit adest, subito quum, qua parat ille recursus:  
Dissoluit celeri vincula dura cani.

S alius erat, vacuo vicinag; gramine campo,  
Profilunt nulla lentus vterq; mora.

Q ualis ubi accipiter timidam petit vngue colubā:  
Recta nec una via est, tuta nec una mora.

Q ua tenet alter iter, cursum non dirigit alter:  
Seq; duo illudunt, impediuntq; fugam.

H icq; latet, rediit, sequitur, fugit ille sequentem:  
A lternisq; dolo, stantq; ruuntq; vijs

V oce iuuat miles, natat hic natat ille per herbas:  
Quum spatio visus liquit vterq; ducis.

V idit facta deus, quum (quos terra ille requirit)  
Attolit cœlo, binaq; signa facit.

C onstitit inspectans, stantem lepus agmine iuxta:  
Currit herum, septem conspiciturq; nolis.

Auriga ET Cras Auriga Polo referet sua sydera currus:  
exortur Poscimur ET eis sami jungs Thalia rotas.

Helias ē  
fi. illius.

- Duxerat Helias annosas carmine quercus:  
Traxerat & duras ad sua facta feras.  
S cilicet & gestis totum cōpleuerat orbem:  
Ipsaqz erant tanto sydera digna viro.  
Q uum sic ipse refert: noscor terraqz, mariqz,  
Astra vocant, necum carpe sodalis iter.  
V enerat ad ripam Iordanis, ponit amictum:  
Vesteqz tangit aquam, tactaqz cessit aqua.  
H inc atqz inde vndæ pressis in margine ripis  
Constiterant, teclis murus ut ipse solet.  
I am pede contigerant riparum gramina siccæ  
Q uum socio vates talia sanctus ait.  
H aud mora, sydereo nam poscor ab æthere, quod vis  
Postula, ut optabis vota petita feres.  
I re procul cura est: quid stas: iam tollor in auræ:  
Dona petas fient irrita nulla tibi.  
D a duplice mentem tua sed mens illa sit, inquit,  
Hanc dabo, sed tu me si modo cernis: ait.  
V ix ea, quū subito confunditur agmine turbo:  
Atqz poli horrifonus venit ab arce fragor.  
Q uaqz venit celeres flammis micuere quadrigæ:  
Scandit, perqz citis æthera fertur equis.  
I idit ut ille vehi rapido per inania currus:  
Heus, quo Auriga rotis: quo pater inquit abis:  
I ixerat in clamans, summū quū spectat Olympū:  
Huncqz videt stellis emicuisse decem.  
Q uam bene post primam ieunia præcipit Eos:  
Ille & discipuli est laetus honore sui.  
I gnifer occasus nam tunc qua dictus & ortus:  
Imperat in vario gentibus orbe famem.

Auriga  
Helias ē  
cælum.

SACRORVM FASTORVM

- Hancq; quod in syluis tam longo tempore sensit:  
Conueniens mensae sydera tempus erunt.
- Scendit ara modos funduntur aromata templis:  
Et placet è stipulis transiliisse feces.
- centum  
cruces. Hecbas querit anus, sepe & se flœtit ad aram:  
Miltaq; que longum est dicere, nocte inuitant.
- Pifti pueriles per stundunt tympana palmae:  
Aero puerca in illis bractea versa sonat.
- Natiui. **C**onscere mihi puer cœli spes altera, tecum  
Ie. Bap. Iam sua formam lucifer ora mouet.
- Nascere, te maior iam non spectabilur alter:  
Ipsa sibi pariat fœmina multa licet.
- A nte tuum vanas natalem ducimus aras:  
Incipe nos sacris vera docere tuis.
- I nterea, quando das viui fluminis undam:  
Vngula gorgonei quam dare nescit equi.
- I pse mone, scimus nam te sacra prima dedisses  
Num prior ipse deo es? quo prius ortus eras?
- poetarū **H**oc age, si vatum tu princeps, si q; poetæ  
princeps. Nunc nos nostra tuis ora rigamus aquis.
- Hæc ego, quum subito cœlestem pallidus agnum  
Obtulit ante oculos, & pia signa meos.
- E xtimui, tunc sic, rerum studiose mearum,  
Mitte metum, dixit, nostræq; dicta tene.
- Hæc dicens fusis in me ter legerer vndis,  
His dubio causam protulit ille inco.
- Hic quem stare vides (digito monstrauerat agnum)  
Ius daret ut populis mitte parabat iter.
- P ræuius vi fierem, cum iam petr' estatis annis  
Eset, & in firme corpore in iter annus,

Angelus  
ad Za-  
chariam

M ititur è cœlo genitori fidus ad aram  
Nuncius, & missus sic ait ante focos.

H actenus, o longa superos ne voce fatigaz:

Q uæ fuerat sterilis cognita, mater eiit.

N ixa dabit puerum, quo non præstantior alterz:

Cuius Iohannes non rude nomen erit.

F ax erit ante deum, fratrem præcedet euntem:

Q uid dubitas: vultu nam dubitantis erat.

F inierat, genitor dictorum signa petebat:

Concidit in medio quum pia lingua sono.

M utus erat, lumen bis quinqup recreuerat orbis:

Reddo patri vocem, dictaque pondus habent.

A nte deum venio, sic sum prior ordine, cultus

Res est prisca deus, me prior ille fuit.

D ixerat, à dictis vires rediere timentiz:

Q uum sequor hoc illum protinus ipse sono.

R egia progenies cum sis, cur pelle ferarum

Cingeris, & toto squallor in ore sedet?

I am deus ortus erat, puer o puer ipse placebam:

Charus eram & fratri, frater ut ipse mihi

A Et ubi iam venit lustris mihi firmior actas:

Separor à vulgo, syluaque, rusque, placent.

E Et locus hinc Banasar, Phiale circufluit illinc:

Cæsar is ad muros, Simichonis jugum.

A ntra loci subij, scabris pendentia tofis:

Q uia nemus et rupes, qua sacer annis erat.

V itum corna mihi, concussisque arbuta ramis,

Moraque, cūque fauis aurea mella dabant.

S ævec littoreæ fiebant mensa locustæ:

Elæsta canis manibus flaminis ratus erat.

Zacha-  
fit mu-  
tus.

Victus  
s. Ioan.  
Bapti.

SACRORVM FASTORVM

**Q**uodq; petis, pelles cingebant membra Camelii:  
Velabantq; meos vincula nulla pedes.

**L**inigeri haud aliter quā nūc mea turba ministri:  
Officio similes et mihi veste manent.

**R**ura ego factus inops, velut illi copita, lustro:  
Hi stipis æra petunt, munere pauper eram.

**L**onga quod interdum subiieiunia castus:  
Quem modo miraris, squallor in ore manet.

**D**ixerat, ostendis sed dic cur gentibus agnum:  
Inq; tua nobis nocte natantur aquæ.

**Agnus**  
car. Ioa.  
**Bapti.** N otus eram populis dixit, crimenq; perosus,  
Carmine formabam pectora dura meo.

**F**acta soluebam viuo deformia fonte:  
Vnde meo officio nomina nactus eram.

**I**re illum vidi, quem non videre priores:  
Ecce deum dixi, promicuiq; manu.

**Q**ui quia purus erat, niueoq; simillimus agno:  
Indicat hunc digitus quod facit ante meus.

**M**embra lauaturus posuit velamina, nudus  
Flumen adit, volucri teste lauatur aqua.

**M**os manet, accedunt, multiq; lauantur ut ille:  
Nocte mihi, & multæ mane natantur aquæ.

**Aqua**  
natur  
ros  
in mane  
pro aqua **Q**uod facere ut possint, mea ponunt limina ripis:  
Nunc mihi arenosus qualia Tybris habet.

**Q**uodq; etiam his labem tollebam corporis illæ  
Tollere sed nostra damna putantur ope.

**A**dde quod, ipse meis quia ros attollitur vndis:  
Sole prius, plures per loca rore madent.

**P**ræterea, vates quia sum, de fonte relatam  
Vndam fatidicam nocte puella putat.

L ongum erit hic vulgi tibi dicere facta p agros:  
Dum capitur ritus credulitate mei.

V rbe etiam nostro signantur nomine fontes:  
Hic ubi prisca meis Roma lauatur aquis.

O mnis & ara mihi seruat quoq; puriter illos:  
Infans hisq; natat, ceu modo in amne deus.

B isq; deus genitus, genitus bis creditur ille:  
Hoc fit, & inuentum est turba secuta meu.

H inc noua cōpatris simul et sunt nomina matris:  
Aetum hisq; notant, signaq; certa tenent.

I nq; notā fidei, cuius sum inuentor, et vndae:  
Nomine cum nostro nomina mista ferunt.

O mnibus his factis imitantur facta duorum:  
Grata fit & pietas, si qua natatur aqua.

M ulta quidem didici, filicis cur semina querūt:  
Cingimur & folijs tempora mane nouis:

Q uid quod nocte nuce reuirescere credit agrestis:  
Quæ aruerat ramis frigore tacta suis.

V itaceam viridi velabar fronde quod ipse:  
Vnde caput vulgus cingere mane potest.

M ater erat sterilis dixit, fœcunda quod inde est,  
Vim cum matre mea sicca resumit humus.

H inc filicis uirtus hinc sunt in honore tot herbae:  
Cingitis hinc folijs sole recente comas.

C arduus & floret, quæquod cū coniuge felix  
Illa fuit, lecti vincla referre putant.

E tuerbera meo est nunc nomine, sacra quod herba est:  
Quodq; sibi uires uaticinantis habet.

H ac quoq; facturi uelabunt tempora fœdus:  
Sum quia præcursor foederis, illa datur.

Fontes re  
gnatiois  
per ieplo

Filix vul  
go car  
duospuel  
lis.

SACRORVM FASTORVM

Vere prius flores, æstiu referentur aristæ:  
Poma quo autuno, frigore bacca venit.

Quā faciles illa faciunt quæ nocte puellæ,  
Quæqz tibi, referant facta secantur annus.

His sint plura licet, secundæ tradite matri  
Atqz mihi, cum sint nomine poma meo.

Dixit: & addiderat quoqz multa disertus ut ante:

Chario-  
phili dan-  
tur mul-  
ta illa no-  
ste fuit. Qui sequor, hesternū dic quid aroma petuē  
M erx ait est pelagi dominus cū Cæsar is vndis:  
Hoc dedit è multis, & græqz mēbra leuat.

S ic & mēbra leuat, quia fonte leuatus et ipse  
Soraibus, à nostra sanus abiuit aqua.

I sta patent dixi, sed cū delubra per urbem  
Tot tibi sint, habitas cur laterana magise?

H ic ego respondit, lustrani Cæsar is oraz  
Priscaqz fontanis Roma pictur aquis.

N omine præterea meus hic & peccatore frater  
Par, habet hos sitiū, templaqz iuncta incis.

Quid: quod et hic Cæsar, magnis sed dotibus olim:  
Condidit in thalamo nostra facella suo.

F inierat quum sic illi: dic ara rogamus:  
Cur tua fœmineo est non adiuncta pede?

A dde, quod admiror, si arcetur fœmina ab illa:  
Cur latet ad postes limine clausa tuos.

F œmina, respondit, fallax mea colla petiuit,  
Vertit & à ludis in mea fata manus.

C arcere me clausit, coram lasciva nocebat:  
Pœnitet hanc facti, Sponteqz casta latet.

D ixerat: ante illum quum pulsat tympana virgo:  
Meqz rogarat prensa molliter ætra toga.

Absucriam.

- A bnueram, quum culta manu sua fistra retudens  
Mitte ait, absentem quod grauis vnda coquat.  
I mpediat p mare errantem, mergatq procellis:  
Et nunquam mollem sentiat ille rosam.  
L æsus eram, ignoui, teneram ratus esse puellæ:  
In picio, fuerat sed tamen illa puer.  
C aprosinis nonis, sic dixi, ancilla iocata est  
Gallica, num vulgo mos vetus ille manet?  
P ossit ut esse inquit, nostrum caput ista petebat:  
Thesaurus caput est t: pro capite æra pelit.  
C Nec te cōmoueant alieno tempore facta:  
Essent sextili cum facienda dic.  
N am sibi quæ Herodes poscit quum nascitur, ætas  
Postera natali iussit inesse meo.  
A t quod iniqua mihi fuerat pelulansq puella:  
Vulgus id vt doceat, substruit ora maris.  
D ixerat, hoc etiam, quod miror, fare rogamus  
Cur huic æra nego si mea, dira canit?  
D umq canit: pelagi crudeles nominat vndas:  
Finieram, quum sic mitis ad ista refert.  
C dit enim si quis precibus sua vota recusat:  
Vt solet illa ætas, vt quoq saepe pudor.  
Q uod mare, qd fluebas, in auratos illa precatur:  
Sunt ea, si nescis, numinis arma mei.  
E equis tam extreme fieri nunc optet egenus:  
Natali ingratus non det vt æra meo:  
E ffugisse putas istam, capicris ab illa:  
Ibis & in casses prædagz rursum eris.  
A h quā saepe aliquis poscentes æra perosus:  
Læditur, in lacera decipiturqz toga.

Natali  
priscorū  
quæ fie-  
bant.

SACRORVM FASTORVM

S pectantip, iccum præbit, dare nāq; negabit:  
Inde dat, atq; duo damna tulisse dolet.

S ed tamen adjiciunt dic cur tua nomina dixi:  
Nomine tu nostro quo mouearis ait.

D ixerat, & tra dedi die la bunc palinodia cantu est:  
Dirarum cecinit quæ modo dura sonos.

Coronula cur di-  
citur: S ed rogo cur sistris facit illa coronula nomens?  
Visa quidem titulo est res aliena suo.  
ignes fuit N ù quoniam instar in his est brac̄tea quassa coronæ:  
An quia sunt teneris hæc magis apta choris?

Q uod cruo ait: greci, pulso dixere latinit:  
Et quos nos pulsus crusmata forte vocant.

I nde puella petax pro crusmata crunnula dicit:  
Inuertens graias non bene doc̄ta notas.

A tq; sui coram dum blesa cupic'ine lucri est:  
Tympana pro nummo fusa corona vocat.

R estat ut admoneas dixi sub vesperis ortu  
Ante fores templi flamma quid ipsa petit.

T certius extremo sextili à mense monebit:  
Q ui mibi funeribus lucifer ater erit.

D ixerat, hac Pallas Studijs petit ocia luce:  
Num quod in herculeo signa Leone ncent?

A nnuit, atq; inquit, dubio datur altera causa:  
Vate quod hac misse me veniente silent.

H actenus, amplexus gremio quum sustulit agnum:  
Ingenij dixi sit tibi cura mei.

Solsticium vulgi nō  
tū appro-  
batum. C Hac quoq; solstitium vulgus sibi luce putavit:  
Sit licet, est alio hæc causa relata loco.

Gladius orionis C Sed iam stellatus cælo produci ur ensis:  
Quartaq; non fessus tempora Phœbus habet.

- Pars putat Aeneæ, cum iam tuus esset Orion:  
Indeq; romano promicuisse foro.
- Pars & Saule tuum, manus hoc cū fulminet illa:  
Fulmine quæ domino præcipiente cadit.
- Silicet & magni natalis fertur ad aram:  
Vnde sibi hunc Cæsar vnde Senator habet.
- Facta igitur placuere deo, dux ille cohortis:  
Tresq; polo stellas fulgidus ensis habet.
- C**ed ne nostra suo sit Clio carmine mendax:  
Resq; sit hic proprio iure secuta fidem.
- Oceano vt surgens Aurora ter abstulit umbras:  
Ter nitidum & Phœbus parserit orbe iubar.
- Officio quorum caput urbs nunc dicitur orbis:  
Ensis & pariter claviger æde litant.
- Q**uodq; refert quoties lætum tenet aurea vultum:  
Quuq; est successu, thure ve festa dies.
- Turres nocte micant, crepitant per cōpita flammæ:  
Et innat ardentes transfilijsse focos.
- A**tq; ubi sulfureis tenuerunt fulmina bombis  
Aere cauo & colles subfiliere iugis.
- C**um tonitru igniuomi iaciuntur ab arce cometæ:  
Auctaq; habent radios sydera summa nouos.
- Postulor & causam, taceam licet, omnibus illa est  
Pene argumentis cognita vera suis.
- N**angs patrum, et rerū, sunt hi duo lumina fratres:  
Magnus vierq; senex, gratus vterq; deo.
- A**lter enim insignis pietate, & honore sacrorum:  
Claveq; & immensus religione pater.
- A**lter & eloquio, quo non præstantior ullus  
Arte nec aonidum, militia ve fuit.

mane a-  
scendit.  
Ensis O-  
rionis in  
fig. ensis  
Cæsar is  
& Pauli  
apost.

Petro &  
Pa. apo.

Ignes in  
coru festo.

SACRORVM FASTORVM

- Vtq; tuba hic primi sic hic fundamina templi  
Tutelamq; duces urbis & orbis habent.
- P laudite principibus ara est operata duobus:  
Cariaq; à sacris cum patre abire parat.
- Equis** S igna dedit moles, properat data signa secutus  
Chinea à vulgo Candidus à Chionis nomine dictus equus.  
**dicitur.**
- C ernite ut au. spicis it patrum septus: & armis:  
Seq; sui ut noui muneris esse decus.
- S cilicet acceptum imperium fert legibus arat:  
Nostraq; quod fuerit siccis ora docet.
- C æsar aue quando luce hac tibi cuncta quiescunt:  
Quo minor es, summo redde triluta pairi.
- V ix ea, sit tanquam domini mandata secutus:  
Acris quum ille hinnit, venit & antef. res.
- A nte fôres hinnit, proceres salute, scđemem  
Aspice cui dandus spectat ut ille ducem.
- V ix stat, & optat iter, gemmisq; auroq; ceruscus,  
Quali nupta suo est nocte vehenda viro.
- P rompa filet vis est, soluuntur seria ludos:  
Pontifici & populo teste feruntur opes.
- F inis erat plausus, fratrum pars era salutat:  
Sanctaç pars misericordibus ossa colit.
- In diuer  
fis locis  
coluntur** D iuersisq; locis geminos venerantur, at ipsa  
Bis quartam exposcit carceris ara diem.
- S it licet hac igitur sic lux communis viriq;:  
Quæ venit ensiferi est numinis illa memor.
- P ollicitus fueram cur illi pareat anguis  
Dicere, pollicitum dux dea solue meum.
- A ddeq; cur ars est, cur se cantator & anguis  
Dum pugnat, iactat de sensis esse demo.

Ergo quod ante ferox, quod tristi felle maderet,  
Cærulus in superos creditus anguis erat.

Venit in igne poli, ceciderunt corpore squamæ:  
Factus & immensi pars erat una chori.

Mouerat innumeræ huius facundia gentes:  
Te Mileta petit, tecumq; nota subit.

Excipit hunc hospes (nomen longo excidit æuo)  
Stabat hyems, tepidum constitit ante focum.

Forte faces petiit, facibus subsederat anguis:  
Soluit onus, pressit vixera dente manum.

Sensit ut lic vulnus, manibus cōprendit, & ictus  
Hos in comprehensam protulit ore sonos.

Audere ne possis alios, mea nomina cantu  
Obstent: & dentis parua saliuia mei.

Sigilat quæ facio (crucis licet nam signa fuerunt)  
Expellat poto nigra venena mero.

Hostibus interea quia parcere iure magistri  
Cogor, viue inquit: continuq; feram.

Paruit hæc dictis: cantus acceperat hospes:  
Ars fit, & à magni est nomine dicta senis.

Vtq; ferus diu sic isti paruit anguis.  
Arteq; quam accepit, callidus inde valet.

Hocq; genus ducti depascunt dente Cerastas:  
Vir fit, & angue potens, cognitus ante puer

Fortior est ætas, illius canibus Aſpis  
Rumpitur, illæſa fusciturq; manus.

Domi in more tenet, tractatq; & lactus honore  
Pugnaturus ait: de senis effe domo.

Perq; foræ intortis protervibus angubus vñfus:  
Carmi ibusq; audiū, exit in eam circum.

Angues  
Gars.  
Pauli.


Cantato  
res e' cir  
cu'ato  
res an=  
gulum.

# SACRORVM FASTORVM

- A tigz ibi facundus circum stiptante corona,  
Afflatum cantat poscat ut atra merum.
- Q uoqz fidem dilectis faciat, sublimis in hasta  
Imminet è summo, quo canit, ipse loco.
- I astatia & fuga eorum. C lara patris Cilicum, quæ circufertur, imago,  
Septa venenosis in latus omne feris.
- A enimulus occurrit, fuit certamina Circo:  
Læuagz dum certant Aspide mamma tumet.
- D egeneres vulgo perdunt insignia testes:  
Ad Pauli laudes arguiturqz domus.
- E rgo Nero in fratres frustra parat ipse securim:  
Imperium claves, anguis, & ensis, habent.
- V acatio nes pu blicæ. R estat ut hic dicam rebus cur ocia fuit:  
Causa quidem in promptu est, ocia rebus agunt.
- A estus fitqz licet, mores, vsusqz priorum:  
Curia ad hoc animum sacra referre iubet.
- A fore consultus dimittit mane clientes:  
Cumqz foro & causis iudicis ora silent.
- T u quoqz musa file, mensem nam meta quadrigis  
Tacta habet, & medium semita fistit iter.

Explicit liber Sextus.


# SACRORVM FASTORVM LIBER SEPTIMVS.



MISERICORDIA

**I**n hoc mense Iulio, à C. Iulio Cæsare olim nominato, cum quintilis dicretur, nunc Christo, qui per si milititudinem floris non adhuc è suis foliis exeuntis, in ventre matris in visitatione, quæ in secunda die mensis est. Iulus dici potest, sacro:complexus Cæsaris & Romæ verus, verior verificatur in complexu virginis & Elisabethæ in quo Christi & ecclesiæ romanæ coniunctio mystice significatur: ex qua sicut ille primus fuit imperator, ita Christus primus per illum demonstratus est Imperator. Tutela olim Louis, nunc Iacobi maioris apost.

- A** M canimus mens. in divini nomen Iuliz  
Sustulit unde suum martia Roma caput.  
**P** ergite Pierides magnas celebrare calendas:  
Nempe minus vobis quam fuit arte vice.  
**S** ex etenim superant, totidem abscessere libelli:  
Nostraqz dimidium cura laboris habet.  
**V** os quis ad ista putet tam paruo à fonte venire?  
Tamiqz per exiguae magna referre rotas:  
**E** rgo sancte Pater, cuius virtute valens,  
Hic quoqz propenso numine mitis ades,



# SACRORVM FASTORVM

Præcipue sed tu, mensem quia iungimus anno  
Illiū imperij quo duce frena regis.

Quod locus ipse petit, venias pro Cæsare Cæsar:  
Hic libinam titulos eius Cæsar aeterna cana.

Successo  
res a. C. S cilicet imperium primum formauit Iulus:  
Nunc quod ab antiqua est nobilitate tuum.

Iul. Q uæ dāmus hæc igitur placido cape munera vulnus:  
Illo quo vietis hostibus ipse redis.

H ic equus, hoc pilum, meus est hic ensis, & basta,  
Quæq; decent nostras arma tenere manus.

Quare age tam vastu quia Cymba fundimus & quor:  
Hæc leuis ut sit, quam sollicitamus aqua.

D um canimus magni cur nomina mensis ab illo:

Quo sacer Cæsar nunc est numine, vela rege.

V entum erat ad flumen (sic rerum fata ferebant,  
Et multo fortis milite cinctus erat.

Quum sic Cæsar ait: si sum de stirpe decorum,  
Sat mea sit virtus dissimulata mihi.

E sse parem nolo, maiorem ferre recuso:  
Sceptra mibi debent numina, sceptra volo.

D ixerat: à distis tremuisse exterrita tellus  
Dicitur, atq; oriens occiduusq; dies.

Monstru F it mora, dira viri prope quum spectatur imago:  
apparet Classicaq; audierat, perficiamus ait.

C. Iulio Cæsari. F ertur ad imperium fortissq;, animoq; viriliz:  
Regnaq; adit princeps, inuidiamq; trahit.

A nnua iura cadunt, patiuntur facta quirites:  
Urbeq; consulibus summa fu illa dies.

V ix stiterat solio coram sublimis eburno:

Quum iam quantus erat, Cæsar is orbis erat.

Nam

Nam modo ducebat Capitolia ad alta triumphos:  
 Et modo erat populis sumpta per arma metus.  
 Denique iam effusas terrarum rector habenast:  
 Ceperat, & vicitis iura petita dabat.  
 Num mihi promissum fas sit cognoscere cœlum:  
 Dixit: & ætherias scandere mente domos.  
 Sicut in multis hæc me quoque facta decebunt:  
 Officijs nec erunt inferiora meis.  
 A uxerat Egeriae coniunx iam mensibus annum:  
 Auctus & errabat mensibus ille suis.  
 Mesibus Autunus calcabat sordidus vuast:  
 Flauaque in Autuni tempore messis erat.  
 Ergo moras soli per quas in signa rediret:  
 Tradidit, apta suis tempora rebus erant.  
 Quinque dies senique decem pariterque trecenti  
 Pars & Luciferi secula, quarta dabant.  
 Auctu erat imperium iam gemitibus, auctus et annus:  
 Curæ erat & Vestæ pontificale caput.  
 Num sic (nangue duci lux venerat ultima tandem)  
 Casta patri è templo est illa locuta Ioui.  
 Quo Romana pater virtute potentia vires  
 Vtterius tollat, non habet ipsa locum.  
 Cæsar, ecce dolo properat manus impia lethum:  
 Sydera spondebas, da pater illa meo,  
 Am memini dixti: cœlo tolletur Iulus.  
 Grandeque de toto corpore sydus erit.  
 Minuit omnipotens, minuerbant fila sorores:  
 Sæuaque sacrilega tela tulere manus.  
 Ura dabat populo, gladios in principe figunt:  
 Vesta virum rapuit, Cæsar's umbra cadit.

Annus à  
 C. I. Ce  
 sare or-  
 dinatus.

Mors  
 Cæsaris  
 à coniu-  
 ratis.

SACRORVM FASTORVM

S ol fugit, obscurum texcrunt nubila cœlum: ·  
Ille tamen nitidis æthera carpit equis.

F unere lugebant, ludos induxerat hæres:  
De quod nouo dictum cœlite carmen erat.

Cometa Iulii C.  
qui no men dat I mensi. Q uicim, quotus hic mensis, totidē noua lucibus arsit  
Stella polo, extincti numina fassa ducis.  
ndigetem ergo vocant, dant ihera et tēpla vocato  
Auræ, de medio conspicienda foro.

P ræterea rerum ne tot benefacta perirent:  
Hæc senior, patrum cætera turba filet.

I am data Maiestas nobis, status auctus honorum,  
Aucta p non uno iura tuenda foro.

E st p decus maius, maior reuerentia patrum:  
Dignaz p sunt dignis tradita dona viris.

N uminibus creuere aedes, mississ p theatra,  
Munera p in populum crebraz p, et ampla manet.

Q uis referat nostris vietos tot ab ensibus hostes?  
Orbis es unde tui maxima Roma caput?

H aec duce sed tantum contingunt Cæsare nobis:  
Re quo, & quo nullus nomine maior erat.

E rgo quod authores donauit Romulus anno,  
Illorum ut veniens nosceret aëta dies.

I steq p quod pariter digesta tempora, quodq p  
Non minus in magnis annumerandus erat.

F iat id exemplum, ne nos ingrata vocemur  
Posteritas, factis inde sequamur avos.

Q uod Venus est genetrix princeps Mars sanguinis autho-  
Maius Primus is ad menses, illa secunda fuit.

Iunius T certia fors semibus, iunctum de nomine quarta:  
Authorum post hos nominis nullus habet.

- N e vacet , hic quando vidit natale potentis  
 Cæsar is , imperium qui quoq; primus habet:  
 uod tibi sit faustum Cæsar , memorabile patri:  
 Q uintus Iuleo nomine mensis eat .
- D ixerat , assensit tota cum plebe senatus:  
 Voxq; rata Augusto pro pietate fuit.  
 p emq; tulit fieri de se quoq; nomen in anno:  
 A q; sua factum posteritate legi .
- A st ubi progenies noua cœlo venit ab alto:  
 Iuraq; dat virgo , bis genitusq; deus .
- D riscus ut è nostro ritus discederet anno:  
 Supposuit menses legibus ipse fas .  
 ulius imperium , imperiu hic dedit ordine primus:  
 Fas erat , ut res hæc , illaq; imago foret .
- J omen idem fert hic , ne fabula forte putetur :  
 (Condere me sacro carmine vera decet .)
- G ratus enim florem vocat illum doctus Iulum ,  
 De folijs nondum qui solet ire suis .
- D icere si fas est grauidam dum visit Elisam ,  
 Hoc deus in magnæ viscere matris erat .
- Q ui quoq; iam titulos ut mensis vendicet huius:  
 Reddat & hunc sacrum , possideatq; suum .
- A atris et annosæ , quam amplexa est mater , Elisæ  
 Aspiciet iunctas luce sequente manus .
- A ptaq; erunt sanctis pro vero facta diebus:  
 Consilijsq; eadem non aliena incis .
- Q ue noua sunt quāvis , pietas seruabit in annos  
 Et data laudabit munera nostra fides .
- I ergo tibi hinc Cæsar , quo regnes , vera requiras:  
 Iste tibi verus Iulius iste fuit .

Christus  
primus  
Imper.

Christus  
Iulus di  
etus per  
similitus  
dinem.

Imperio  
à Chri  
sto habet  
imperiū.

SACRORVM PASTORVM.

Iste dāt imperium , triplicem dāt & iste coronam :  
Pontificis nam diuina traditū illa manus .

Cetera lux oritur , probat & mea dicta , profani  
Sint procul : aut verum hoc confiteantur opus .

Vixit . Sicut ut vixit , pia cras tua tec la suscepit ,  
in Eli - Virgo , suam dextram iungit Elisa iuxta .  
sab .

Vna igitur celebre duas sub luce parentes :  
Quarum secundus pignora venter habet ,  
Quo magis ut fiat , dicam quo nomine lux est :  
Vos & praecepi hac cur dare thura die .

Hauferat afflatus cœlestis Iessias ignes :  
Visceremq; in matris conditor orbis erat .

Quum sic illa seni grauis est mea dixii Elisa :  
Gratuler ut grauidæ carpere cogor iter .

Sic ut erat prudens , et rerum conscius ( ut vis )  
Illuc ille : licet : iam properemus ait .

Iuncta seni incedit , sic cœlo Aurora reclito ,  
Tithono interdum crederis ire tuo .

Candida purpureos velabat vitta capillos :  
Lapsaq; ad extremos instita longa pedes .

Castaque qua tulerat passim vestigia secum :  
Taeta sub in numero flore nitebat humus .

Saxaque cedebat , sistebant flumina cursum :  
Paxque feris aderat , soleque blanda dies .

Quam citolongarum , di , tractus illa viarum  
Transit , ludam dum loquor ecce tenet .

Venerat ad limen , clara quoniam in luce resulfit :  
In nitida qualis Cynthia nocte solet .

Videl ut hanc igitur tremulo officiosa lacerto ,  
Pronaque , id astantem sedula currit anus

A t̄p̄ ait, huc quia te virgo ò selecta puellis.

Intulit? amplexus osculaq; inde dedit.

B ifq; manus coeunt: sunt hoc & more locutæ:

Qui solet in media matribus esse via.

C roleq; iunctarum tremuerunt viscera matrum.

Quodq; egere duæ, fecit vterq; puer.

nterea gratatur anus, cœliq; parentem

Excipit, & blando blanda fit vfa sono.

ederat & posito virgo requierat amictus.

Cum sene, complexæ desieratq; loqui.

D uū subito alma parens liquidū capit æthera mente

Atq; canit magno carmina plena deo.

C armina quæ immites potuissent vincere Tigres:

Asperaq; ætherijs ducere saxa modis.

I lacant quxq; deum sub sera crepuscula templis:

Iussa choro pueris virginibusq; cani.

E uxq; hominum vitam per mille pericula seruant:

Atq; umbras abigunt, tartareumq; chaos.

inis erat cantus, refrebant multa propinquæ:

Nec minus hic pariter multa rogata dabant.

resq; ferè menses illam videre morantem:

Ad proprios referunt tempora quartalares.

rgo quod hæ visunt se, de munere facti:

Accepit præsens nomina festa dies.

F utua quodq; graues surpserunt oscula matres:

Ihure graues grauidas ad sua festa colunt.

G Hac quoq; tunc pistor pueris ientacula luce

Præbet, & has ornat, certaq; sacra facit.

um qui venturis cibus est hic matribus aptus?

Ne tener in cuius vagat ore puer?

Canticum  
Virginis

Grauidas  
rū feriæ  
Pistorū  
iuentacula  
riorū fati-  
crum.

# SACRORVM FASTORVM

A n quia complexæ se tenuere lacertis :

Q uæ sua ientaclis cognita forma manet :

P ri na licet possit milior iam causa videri :

Plebs erit hæc vero iuncta secunda tuo .

Preces T epus idem ad fœdus pater hic cū Cæsare poscit :

ob Fœ dūs . P aribe time infelix hinc tibi vulnus erit ,

S cilicet amplexus sanctæ iunxere parentes :

N on minus hi iungent in tua dāna manus .

P alladis è templo ducebat bella vetustas :

H astaq Bellonæ missilis arma dabat .

D uicimus hæc E t nos de castæ virginis ara :

Q uæ supereft templo vic̄ta Minerua tuo .

H asta preces sed sunt, cineres vultus p̄ deorum :

M issaq̄ pro telis hostia vera suis .

V enerat hic igitur tyria cum veste sacerdos :

H os ibi sacrifico quum canit ore sonos .

Oratio A lma parens alinæ sp̄es optima nate parentis :

sacerdo tis i mis sa. V osq; p̄ij fratres rebus adest te patrum .

H ostis ut in nostros si forte tetenderit arcum :

E ffractum vestra sentiat esse manu .

A tq; pharetratis valeat plus hostibus ensis :

T ruxq; sit ætheria clave sagitta minor .

S it nec aquis tutus nec campis , monte nec yllo :

Auersusq; illitriste sit omen equus .

H æc ille , E t pariter matresq; , viri p̄, murusq;

Et populus tota cum quoq; plebe rogant .

D ixerat E t sacri vix ultima verba sacerdos :

A nte patrem , E t cœtus versus ad ora sui .

(R es mira ) à dictis tremuit quum protinus ara :

S pēm̄q; dedit vinci tristia bella prece .

lebs aberat templo, sacrumq; peregerat ignis ;

Occiduum oceanum contigeratq; dies .

**I** Alteraq; in roseis Aurora redibat habenis :

Et color effuso lumine rcbus erat.

**Q** uum populo mater firmaret vt omnia virgo

Dicitur : è media mane locuta via .

**E**x adytoq; fuit vox hæc : non fundere cesso

Pro populo nato nocte dieq; preces .

**R** ix ea quū supplex procumbit Roma locutæ :

Venit ET ad templi mulia tabella fores .

**E**rgo quid insanis : ponas iniusta monemus

Tela dabis poenas . versaq; terga cadent .

**S** umina pro nobis si sunt , quid friendis in illa :

A' quibus emictus tu tua damna gemes :

**N** am pater ET Cæsar , distent ut corpore , possunt

In te tam longas continuare manus .

**N** terea quia tu non mortem queris in hoste

Sed magis ut viuat , teq; tuumq; colat .

**E** rgo hos , qua polles , putei tua molliat vnda :

Reddat ut amissas hinc sibi pastor oves .

**I** Postea languentes vbi sole reliquerit herbas :

Graminaq; à radijs vſta videbit humus .

**C** allitur hic cœlo qui Persea surgere credit :

Dauidem at hic si vult credere certus erit .

**M** entior esectum pro Gorgone cerne Goliam :

Atq; tibi iam me dicere vera putas .

**U** me lyram Clio mecum , cantemus vt illum :

Gorgoneas primus qui tibi fecit aquas .

**D** ura Philis tei cum Saulo bella gerebant :

Dauidis , hæc , fratres qui sequentur , erant .

Maria  
in via lo-  
cuta .

Perseus  
in crepu-  
sculo in-  
cipit ori.

SACRORVM FASTORVM

- I llos penè puer quò visat, castra petiit,  
Strenuus in funda, conspicuus p pedo.
- V enerat, immansus spectauit mole gigantem:  
Constitit, implebat proxima quæque minis.
- G rande caput, magna surgebant lumina frante,  
In p comæ pennis ardua cassis erat.
- S ic ut erat fauus vocat in certainina quemque,  
Tela date, ipse hostis hic ait vltor: ero.
- S pondet opem regi, iumentes risere loquentem:  
Surgit ab his, et rex experiamur ait.
- C ingitur hic ferro, curvo cœu Perseus ense  
Dant galeæ pennas, gesserat ille datas.
- H ac tenus: et fortis nitidis circundatus armis:  
Exue me ille inquit, non mea tela gero.
- D ixit, et insonuit baleari verbera funda,  
Et veniat, si quis me cupit hostis, ait.
- Perseus in figura David. A uidit ut ista gigas, vasto se corpore tollit:  
Ille manu è riuo leuia saxa caput,
- A rea fit pugnæ, vacuum dant gramina campum:  
Parteq; constabant, quum ferus ille refert,
- P one puer baculum, non sum canis, aspice frontem  
Sum nec avis, fundam projice stulte tuam.
- R isit dicta viri, cunctisq; potentior armis  
Hac ait: ad nos tros præda ferere deos.
- A uidit ut ille minas, vagina liberat ensem:  
Iste capit lapidem, stantq; tenentq; locum.
- S igna canunt: signo hic accensus torquet habenas:  
Plagaq; quam ostendit, saxe fronte sonat.
- P langit humum, magno prostratum corpore, monstrum:  
Dantq; alij celeri turpia terga fugæ.

nsilit ergo hosti, et proprio puer Hercule maior  
Protinus angineum sustulit ense caput.

Non aliter volucri pede quam quā Gorgona truncat  
Perseus, & pennas sanguine cepit equus.  
acta deus vidit, quae Perseus ante tenebat,  
Sydera victori quinq; decemq; dedit.

Luce sequente suo quum se reddit ab orbe  
Phœbus, & hesperijs frena resoluit equis.  
ydere qui magnos terris effecerat astus:  
Incipit abscondi, subtrahiturq; leo.

Leo he-  
liacæ occ.

Tunc quoq; præteritū si quid lux prima reliquit:  
Instaurat fratum festa secunda preces.  
umina tangit honor, festis lætantur & amist:  
Turbaq; sunt proprijs ambiuosa foci.  
hestias & maior non impius esset Atrides  
Esset neglectos ni dea questafocos.  
e deserita igitur magno solēniā constent:  
Vlciſci ingratis nam solet ara manus.  
pposito octauis reuocari hæc orbibus igne.

Ottave  
Petri &  
Pauli.

Fas ut erat, nostri constituere patres.  
Bis vaga noctiferis ubi sydera Cynthia bigis  
Duxerit, & fratri pulsa bis ibit equis.  
empora translato capient te nomina Thoma:  
Atq; tuo celebrat curia thure dicm.

Trasla.  
Thomæ

nunc etiam à Priscis morem deduximus arist:  
Deductus sacros nunc habet unde dies.  
anq; Erycina Venus, collinæ proxima portæ,  
Carmine translata est casta Sybilla tuo.  
laudius author erat, pater est tibi Didime debes  
Huic, illi quantum debuit ante Venus.

SACRORVM . FASTORVM

- D**ræspe **Q**uod modo cælatum stellis præsepe nitebat,  
**oc. illi** **S**umma quod ex humili venit in astra casa.  
**Vespere.**
- T**erria quis in terris venere crepuscula lucis:  
Occiduas prono sydere tanget aquas.
- A**finus **C**as. is in est rebus , vacat vna, vocabit A sellum  
**Septentr.** Altera, præsepis subiçiet qz suo.
- oxit. m. a.** **T**empus erat , gelido quo canet bruma Decembri:  
**tutino.** At qz iacens posita sub niue terra latit.
- C**oniugis in patriam, stabant cui tempora partus.  
Carpere quum virgo lege iubetur iter.
- V**enere , vident populo sacra mœnia plena:  
Vixqz erat hic turbis, hos pitibusqz, locus.
- Q**uæ fuerant casu prope mœnia facta, vetustum  
Ad saxum , exeso præcipitata iugo.
- S**tramine tecta intrant loca , sed squalentia fumo:  
Ad præsepe beui iunctus asellus adit.
- N**ox erat , et sumnum peragebant sydera cursum:  
Surgit humo virgo (nanqz iacebat humili)
- C**rede sequens actas, lux fit, vocat illa maritum:  
Inter quadrupedes conditor ortus erat.
- P**onitur in foeno puer ad præsepio nudus:  
Quoqz ignis pellat frigora , nullus erat.
- V**idit, **G**uthori (mirum) procumbit asellus:  
Fit vapor, in facto membra vapore calent.
- A**pprobat omnipotens, mox astra subiuit asellus:  
Binaqz pro grato signa vapore tulit.
- C**lūc quoqz se terris quū prima crepuscula fundet:  
Penēqz sub radijs tacta te pebit aqua.
- L**upus **I**nspicit lupus astrigero decedere cœlo:  
**inc. oc.** Et sensim latebras querere nocte suas.

¶ Tertia lux venit, spatio se iungitur æstas:  
In medio et cursu temporis illa manet.

Dimidiā  
æstatis.

Quiaq; aderat dudum maturis flauus aristis  
Detonsus sec̄tis messibus albet ager.  
Quiaq; h̄arent gemini communī sorte manipli.  
It trabea et ruris cum boue vētāt̄ opes.  
nq; arcis sp̄c̄iem congestas tollit aristas  
Area, quadriugas exhibitura rotas.

Compo-  
nūrma-  
ni. arcel-  
las vocāt̄

¶ Admirare tamen quod fortius æstuat acer:  
Cumq; suo agricola terra quod v̄sta fuit.  
Deserunt Phœbus torrenii sydere Cancerum:  
Igneus et fului terga leonis adit.

Sol i leo.

Argo puer Daniel (res h̄ec nam sydere digna)  
Venit vt ad persas, cognitus arte fuit.  
Ic vt erat placuit, sed regis sp̄reuerat aras:  
Hac et parte grauis, cætera gratus erat.  
erstat: et in templo, quod rex non ipse putabat:  
Sacra sacerdotum repperit esse nefas.

nūdiam subiit, pro vero repperit iram:  
A duce deseritur, captus ab hoste gemit,  
ucitur inuito miser in noua funera rege:  
Quia sp̄elunca feri multa leonis erat.

Daniel  
in spelū.  
leonus.

uid facitis: caſtos seruant sua iumina vates:  
In caput h̄ec vestrum (credite) pena cadet.  
enerat huic, quim sic vitam non poscimus inquit:  
Sed magis vt liceat pauca rogare deum.  
rrisere virum, cœlumq; deumq; rogamēt:  
Saxa sed h̄e poterant dura mouere preces,  
udiuisse ferunt, posita feritate, lōnes:  
Voceq; demulſos ante ſetisse foreſ.

SACRORVM FASTORVM

F auciōbus & dudum, versus dulcedine capti,

Perdere quem cupiunt, abstinuere viro.

N am vix illorum proiectus in ora cadebat:

Factaque terribiles mouerat aura iubas.

(M) ira fides ) ex his quum surgit protinus unus :

Tergum coniecto supposuitque viro.

H oc super vi sedit, nestantes laedere possent,

Reddidit attonitas voceque, & arte, feras.

M ox, sua vectori desint ne premia, sospites

Ille redit, meritis venit in astra leo.

Divisio

Aposto.

per sex

orbis par-

tes.

**L**ucifer extremas ubi luce subiuerit idus:

Et celer eoas liquerit altus aquas.

**V**ox sacra ad occasum fratrum descendet ab ortu:

Et fiet fastis maxima fama meis.

**A**spiciet toto iam, senis partibus, orbe,

Tradita bis senos reddere iura duces.

**D**ictus enim deus est, cum collegisset in unum,

Fratribus haec placido verba tulisse sono.

**Q**ua patet, ut nos tris se subdat legibus orbis,

Ad sacra qui trino nomine victus erat:

**C**um mibi tot sitis, quot menses continet annus:

Atque putent orbem paribus esse tribus:

**T**res tribus his addo, formetur ut visibus aræ:

Et capiat lectos ordine quæque duos.

**D**ixerat, & summis vectus considerat astris:

Bisque illi ternas corripuere vias.

**N**on secus elata libyci quam fronte leones:

Pectore verum agni, persimilesque dei.

**I**nterea hos Boreas laudat, miratur & Auster:

**Q**uaque habitat Zephyrus, qua domus Eurus tua.

D ebita diuinis crescebat gloria rebus  
Lustra duo atq; annis aucta duobus erant.

Q uum sonus illorum terras exiit in omnes:  
Traditus & Pauli vocibus orbis erat.

E t demum effuso pepererunt sanguine regnum:  
Quod vis nulla teret, nec teret vlla dies.

C Et tunc se roseo tollet quum lumine cœlo  
Tithoni coniunx attuleritq; diem.

S ydereo fluuius late fluet æthere cursu:  
Nos traq; quod lauit crimina munus habet.

C Aestus sole furit, designat Sirius ortum:  
Aptabis huic illum tempora quarta dabunt.

C Q uum bis Iuleas Aurora reliquerit idus:  
Bisq; ligat Titan, bisq; rcsoluit equos,

A d sacra Romanus reserabit Alexius aulam:  
Qua stat auentino semita longa iugo.

A tq; huius, tanquam fuerit vetus ordinis hæres,  
Quæ det mane sacris, dona senator, habet.

C Luce quoq; hac fama est turbam illuc ire Statorum:  
Atq; sibi titulos qui Speculantis habent.

A n quod Auentini perstabat Cacus in antro?  
Et populo sunt hi forte quod ille fuit?

A n quia vox graia & sine voce vocatur Alexis?  
Hocq; suo insidias qui struit ore, facit?

I udicio fallor nisi rerum hic forte mearum:  
Postrema è causis vera duabus erit.

T hure dato, interea sancto & cratere, senator  
Tresq; vna redeunt in sua tec̄ta viri.

H i tamen in templi disponunt pocula tec̄lis:  
Iurataq; sedent in mala nostra manus.

Iordanis  
totus ex  
oritur.

Procyus  
æstus au  
get.  
Alexio  
confess.

Statoru  
feriae, &  
epulū in  
era.

SACRORVM FASTORVM

Dona ferunt, ex his ne quis tua terga sequatur

Q uisquis amas facinus, respice tutus eris.

N on in intellecto fallax capieris ab hoste:

Nomine tutelam numinis unde ferunt.

V oce carent, & sunt & vulnus, et lumine blandi

Tunc quoque quum credas nolle nocere, nocent.

S uppliciter positam scalam veneramur ad aram

Spargimur, et putei membra iuuantis aqua.

I pse sub hac obiit sanctum & ducebat ad aedes:

Illaque ab hoc pota est ossaque sancta lauat.

Mariae in porticu quae in gema est **C**Excipit ensiferum redeuntem e colle senatum

Porticus, in gemma qua colit ara deam.

gema est **G**allatuis aedes sic rex subit ante sacrorum.

Quum tibi celesti fulsit imago face.

Anniuer saria ca **C**Tempus idem tacitis parat annua mane sepultis

S cilicet illorum dextræ, artemq; iuentur:  
Rarus ab his nam qui non medeatur erit.

P ost faciunt cunctis succum ut bene tèperet herbas  
Et quod vix Phœbus Phillyridesq; facit.

C ur faciant a me sic ut decet, ordine causam  
Q uæritis: in promptu est, vestrag; veta dabo.

I pse licet Pœon, valeat licet arte Machaon,  
Siue satus Phœbo, siue Melampus erit.

A ut quo scūq; olim sibi Græcia doc̄la tulisset:  
Humana vſi omnes esse feruntur ope.

H i sed cœlesti quondam sibi munere freti  
Siue ægros tangant: assideant ve toris.

V ulnera siue manu tractent, cogantq; coire,  
Siue cicatricum tollere signa velint.

C orpora sanabant, & certo numine noti  
Iam poterant meritis templa merere suis.

P lurimus ante illos ergo conuenerat æger,  
Dant quod opus dantes præmia nulla petunt.

H as modo nunc artes heu quā male sacerula tractant:  
Q uāq; male a cupidis inde petuntur opes.

V enerit, & visit, sequimur, quæ forte videbit:  
Ut medicus dicat munera nolle: volet.

G ratus vterq; igitur multos relevauerat ægros  
Fœminaq; hos inter nomine Pallas erat.

Phœbus contra Cos. & I ntum: ut Petam: simulatusq; ora ministri  
Cæsaris, in fratres protinus arma mouet.

Da. ira.  
scitur.

**E**xigit hic pœnas, Phœbus parat ipse sagittas:  
Cæduntur, media laurea cæde datur.

**P**ellimur è templo tunc Delius inquit, & arte:  
Et nato iratus præcipit ista suo.

**H**ostes nate vides mea s'pernere tela: feruntq;  
Templa, horum in vigilem factus anguis eat.

**D**ixerat hæc illi, quum soluitur orbe coluber:  
Inq; aluum summo serpit ab ore viri.

**S**omnus abit, somno dederat nam corpora, surgit,  
Fit dolor, ad fratribus cum prece currit opem.

**V**enerat, ex alio tortus deducitur anguis:  
Et Phœbi à na'o fratribus ille datur.

**I**n crux virus abit, quantum Paeanius heros  
Ante tulit: fratres aduocat ille prece.

**P**rotinus accurrunt: crux quorum vidit ut alter:  
Putre, ait, est: celeri subsecuitq; manu.

**M**aurus erat funetus hæterni sorte sepulchri  
Pro fano huic secundum quod modo putre datur.

**A**q; viro extincto nuper pes iungitur a groz  
Rem cano, nec dictis est dea vanâ meis.

**P**ost ter ut hunc tetigit terq; illi carmina dixit  
Huic & opem afflavit numinis ore sui.

**V**ix admotus erat: quum qualis in arbore ramus,  
Hic coit, & gemino constitut ille pede.

**A**uctus honor fratribus est, nec corpora sola virorum  
Sanabant, ipsas sed quoq; sæpe feras.

**C**ura fit hinc medicis: genus hinc defluxit et bruscū,  
Nobilium diuum coniunxitq; notam.

**P**erstat adhuc: vatum cūstos decus orbis et urbis,  
Pontificum geminum dum moderatur onus,

Demus  
medices  
ex Cos.  
& Dz.

SACRORVM FASTORVM

Facta manent horum iam nunc, semperque manebunt  
Fratres dumque sacri Pieridesque manent.

Cornus exoritur phœbi in fi. Nois. Postera mendacem lux promet ab aethere Corvus,  
Quia sacer est Crater, qua ferus anguis erit.  
Forte dei iussu Noes deduxerat alnum,  
Mersaque ab iratis terra madebat aquis.

An placata ira est dubitata dum numinis, unde  
Signa refer nobis, i nigra dixit avis.

Dixit, & summa patefecit puppe fenestram:  
Illa hac egrediens iussa secuta, volat.

Sicca erat in numero sed tecta cadavere tellus:  
Fit mora, Chaonidem tunc quoque mittit auem.

Protonotarius hæc ramum felicis gessit ciliæ,  
Serus adest Corvus, se soluitque mora.

Venit erat, & lactens pallebat in arbore ficus:  
Quum pater hisic iam me fallere queris? ait.

Ets quod aquæ signo mihi factus per fide medax,  
Pœna tibi ut par sit, vere sitior eris.

Firmat dicta deus, senis & dum facta procurat,  
Fama hic cum multis sit tibi corvus, ait.

Dixerat ille polo, qua Crater stabat & anguis:  
Fabula quo caderet, sydere sculptus erat.

Pro de-  
functis i-  
cinit. caput no-  
lauatur. Luce quaque bac quisquis, moneo, ne peste capillos,  
Ni cupis extrema sorde madere die.

Agnit sibi quod templi qui sunt ante hostia manes  
Iusta ferunt, fieri talia turba putat.

Dedica.  
Micha. Cras sibi sed Michael superisque, imisque, benignus,  
Vnum de festis rite duobus habet.

Causa erit & facti, quare sibi quisque cauebit:  
Puraque præcedant tempora, ut ille iubet.

- I nterea, quoniam sic tempora sacra iubebant,  
Altera distulimus huc tua festatibi.
- E nse potens rigido, nitida quoq; casside fulgens,  
Quando rebellantes pellis in antra manus.
- N e pars vlla vacet: quæ sint huic nomina festo:  
Cur ue premas monstru: dum cano: dexter ades.
- N otus eras: ponat sed qui tibi tem: pla Sipontus,  
Postulat antistes, instituitq; preces.
- N ox erat, in somnis quum vox audita iacenti est,  
Garganus templi det tibi signa mei.
- A duenunt: vidit pater ut vestigia saxo:  
Hic locus est inquit: cernite signa loci.
- S acra parant: viui surgunt de marmore fontes:  
Itur ad hos, fusa redditur æger aqua.
- T empla iugo posuit, tres illis dedicat aras,  
Nomen E' à facto restulit ipsa suo.
- S ederat in summo mundi fabricator olymbo,  
V idit iniqua cohors, indoluitq; simul.
- S ensit ut ausuro: iuuenes noua crimina fratres:  
Atq; gigantea bella parare manu.
- M andat ut expellat iuueni, celer induit arma licet:  
Enseq; nudato, corripit altus iter.
- I nq; hostes pendet trepidosq; in tartara trudit:  
Atq; merit Stygijs arbiter esse locis.
- Q ð sub vimbrâ Erebi deformat corpora, et arcet  
Pro nobis miles, bellaq; dura gerit:
- M ôstra pede i'pellit, manus hastâ hæc altera laces  
Fert, alio est de queis reddita causa loco.
- T Ponitur huic templi, fuerat qua prata Neronis,  
Liminaq; obrepens fæmina mane subit.

Scalæ ge  
mbus a=  
scendun.

# SACRORVM FASTORVM

S cilicet Ar sacidum cum horrerent vulnera patres,  
Hic ubi habes populos Appula terra tuos.  
C onueniunt, & si bello cadat impius hostis,  
Vrbe sua genio ponere templa vount.

A nnuit hic precibus, successit, vincitur hostis  
Et Vaticano non procul ara datur.

P atribus è multis vnus, quia victor auernum  
Ille habet, & iudex manibus & qua refert.

I ussit ut ascendit genibus qui limina supplex:  
A styge depresso crimine tollat auos.

Puellæ nubunt. A ra nec hinc longe locat altera dote puellas:  
Si memini causas has quoq; iusa dedit.

T ertia cur calicē, et tollit cur signa relatum est:  
Q ua sua, qua piscis nomina vicus habet.

C urforū seriae. H ac sacra cursorēs etiam sua luce requirunt:  
Nuncius est cursor: nuncius ipse puer.

S cilicet ille deum: patrum hi mandata sequuntur,  
Sed colit ille polos, hos sua terra tenet.

E rgo dapes ornant: curant & pecula latit:  
Causa patet: multæ est quod via causa sitis.

V nde patrum quoties se fert argentea mensis  
Virgaz: dato est illis imperiosa mero.

E pulæ so ciōrū et ioci nu gæp. P ars putat officio quia Gallus præsidet illi  
Vina dari, hæcq; aliquem de dape verba loqui.

S ancte vigil, cuius tibi nos sic turba sedemus:  
Scis quoniam referunt quam bene vina pedes.

S ic tibi pons placeat: sic vrbs quas tradidit, ara:  
Sitq; tibi moles: tibia sitq; diu.

A udeat & nullus hesterna luce capillos  
Pectere: iudicus sic quoq; vicus amet.

Q uoq;

- Q**uoniam equites celebras: quorum tibi gloria nomen,  
Sic referant laudes, accumulentq; tuas.
- S**eptimus est mensis: tumet & vindemia, quo so  
Sit nobis fragum copia, plusq; meri.
- H**actenus, & plausu madide strepit ara coronæ  
Votaq; concussa firmat ab arce puer.
- P**luribus è mensis remanet mihi lucibus, vna  
Hieronyme & sacro posceris ipse tuo.
- I**tur in exquilias, causa est quod conderis illis  
Apptior & non est ossibus vrnatis.
- S**cilicet est alijs ut mons ille altior vnus:  
Sic virtute pares præteriisse soles.
- I**nterea os triplex es tu quo magna locutus:  
Si placet ad ripam Tybridis inde refer.
- T**raditur hic templū statq; hos pes dalmata templo:  
Hacq; tibi ponit debita thura die.
- H**æc eadem mutæ lux præbet dona fauillæ:  
An quia Mors oculos cernitur ante tuos?
- A**n quoniam nigri index præcedit Auerni?  
Illiis hinc mœstis lanx sit ut æqua rogise
- S**unt tua mirantur qui corpora vestre carere  
Vestre quod es lusus facta sed esse putant.
- P**ars ait es Syriæ quia soles passus & æstus  
Pars quia sic veniam tu petis ante deum.
- P**urpura sed summi quoq; te contexit honoris  
Atq; tua alludens fert Leo ad ora manum.
- C**essit idem tergo pro amissso pondus A sellor;  
Et quanti officio nos docet ille fores.
- P**ræcipit ut pietas tuaq; ut prudentia cogit.  
Dofq; animi, & virtus pectoris illa tui.

Gloria  
nomē est  
dignita-  
tis.

Hiero-  
presby-  
ad Ripæ

Corpus  
e. Hiero-  
ny. in tē-  
plo San-  
Marie  
maio.

Xenodo-  
chiū dal-  
matarū, i-  
pro festā  
Etis sa-  
crum.

SACRORVM - FASTORVM

P rosequerer certe rerum monumenta tuarum  
Consilijs p esset debita cura meis.

O minia clara tuis sed cum sint acta libellis,  
Vanum erat hæc causis carminibusq; loqui.  
R estat, habes quoniam doctoris nomina summi:  
Abstulerit musis te licet ara meis.

H oc opus, & mensis, quem nostro carmine soluis:  
Perpetuo cura fiat ut alme tuæ.

Explicit liber nonus.

SACRORVM FASTORVM  
LIBER DECIMVS.



**C**In hoc mense Octobri, qui Domitianus dicebatur, quod in eo Domitianus Imperator natus esset: octauus numerus de anno Romuli versus, verior verificatur in octaua etate futura: in qua omnes renasceremur, resurgendo, ex mortuis redeundo. Est quod igitur sacer mensis hic apud Christianos illi etati in qua domitis hostibus, et non ita credentibus, a Christo iudicabimur. Tutela olim Martis, nunc Simonis Apostoli.

**V**AERITIS unde notam praesens sibi  
mensis habebit:  
A' numero seruat nomina prisca suo.

**P**aruaq; subsequitur decimis data sacula lunis Antiquorum  
Et sua sortitus iura minora tenet.  
Praeteritisq; sui Martis, Venerisq; calendis  
A' q; senum et iuuenium conditione procul.

**T**radita Quintili et Sextili tempora linquens  
Septime ab octavo te videt iste loco.

**A**lteriusq; licet fuerit stimulatus honore  
Ad data constanti pectore signa manet.

**N**ullaq; cura fuit: numeri dum nomine laetus:  
Tempora cum titulo continuare ducis.

rum  
sium  
ser-  
ries.

SACRORVM FASTORVM

Nam foret in precio cum gratia magna potentum:  
Altaq; Maiestas, claraq; fama ducum.

Horum facta sui possent ut scire nepotes,  
Querebant titulis sacula longa dare.

Cœptaq; digestis bine ponit nomina fastis:  
Temporaq; ascribi, dis tributiq; ncta.

Sic datus Augusto, sic magno mensis Iulo:  
Hoc & erant digni posteritate legi.

October  
Domitia  
mus olim  
dilectus. Hinc Titi frater, dominus p deus p vocari  
Dum cupit rex illis tertia iura tulit.

Quoniam hoc ortus fuerat, quia victor in illo:  
Hunc quo p constituit rebus habere suis.

Nempe triumphanti dederat Germania laurum:  
Et noua September nomina natus erat.

Quoniam sic, natalis quoniam meus alter ab illo est,  
Iam sic et October Domunitianus ait.

Dicti aderant menses, sed neuter mansu in anno:  
Quodq; olim ante ducem, nunc quoq; nomen habet.

Aut quia sacra cano veteres non qualia vates:  
Fas erit hic etiam munus ut inde ferat.

Exulerat fraudes deus hic demissus ab alto:  
Reddideratq; omnes rebus & ore suos.

Silicet immanem monitu superauerat angueum:  
Authorem et sceleris legibus vltus erat.

Pertuleratq; odium, lioris passus & arma,  
Pro populo occiderat victimata vera suo.

Lividap horrebant victorem tartara regem:  
Atq; erat iniuto viuis ut ante cane.

Tempus qui inquit, erit quo corpora vestra redibut:  
Iudicij faciem sed subitura mei.

**E**rgo quod illius Maiestas iura parabit:  
Et premium meriti maxima cuique dabit.

**O**ctauo hic mensis nunc tempora debeat æuos:  
In quo nostra leuis corpora reddei humus.

**C**At sit ut oœtauis de cœlo prospera cœptis:  
Et regat impulsæ per freta vela rati

**T**ollit clara polo prima se luce corona:  
Syderis & causam candida virgo facit.

**I**amque parens axem formosa intrarat Olympi:  
Grandez in assumpto corpore numen erat.

**D**e solio quam sic superis ad verba vocatis,  
Natus ait: diuum cœtera turba silet.

**G**audia(ceu par est) cœlestes sumite mecum:  
Muneraque ad matris ora referte meæ.

**H**ec est illa suo quæ impleuit numine regnum:  
Quæque vetat nostras sorte vacare domos.

**Q**uod modo pollicitus sum, cœlum maxima cepit.  
Et regina manu debita sceptra tenet.

**R**estat ut imponam capiti de more coronam:  
Quam ferat e' summo conspicienda polo.

**A**tq; nouem quoniam cœlum patet orbibus orbiz:  
Quilibet e' gemmis splendeat illa nouem.

**S**ederat illa loco, cepit quum e' sole coronam:  
Et capta tales edidit ore sonos.

**V**i taceam ante chaos quod tu cum patre sedebas:  
Quodq; mihi e' multis millibus una parens.

**Q**uodq; in me nato tui mater cognita virgoz:  
Quod duce te dicor morte piasse nefas.

**V**ana Ariadneæ fiant vi signa coronæ:  
Fabula que ignaros prisca fecellit annos,

Corona  
emergit.

Corona  
Ariad-  
ne in fi.  
coronæ  
virg.

# SACRORVM FASTORVM

A ccipe cœlestis iam præmi: debita laetis:  
Sitq; tibi solis tota corona mei.

**Q** uæ, quoniam ille noue mundi terit orbibus arces  
Digna quibus sola es:ter tibi terna micet.

**D** ixit, & imposuit capiti vix ille sedentis,

**Q** uum quot erant gemmæ tot micuere faces.

**C** orona dñæ ora  
**tiones** **E**x illo &, facti snt vt monumenta, puellæ:  
Huius habent vitreas relligione notas.

**p**uellarū **C** ecce polo octauis modo quæ splendere calendis  
Experat, Aurora tota sequente micat.

**G**rues apparet. **I**pse sed agrestis videt hanc dñi mane supinus  
Et quæ snt secum tempora forte putat.  
**S** trimoniæ cinxere grues longo ordine cœlum:  
Ostendit clamans, continuq; manum.

**A** tq; dies inquit iam sementina rediuit  
Haec tenus, & iunctos increpat ille boues.

**F**racisco **C** Altera post primam lux lata lumine terras  
Sparserat, & rebus non color unus erat.

**A**d sacra poscebat patefacto limine diuus  
Thura: deus plagas cui dedit ipse suas.

**I**nq; vicem teneræ properabant mane puellæ  
Qua petit irriguas pensilis hortus aquas.

**S**iue qd instar in his frons stigmatis ipsa rubebat:  
Quod prius à fixo numine sanctus habet.

**V**ulnere seu sacro circum manante cruore  
Huic quod corpus hyat flos vt hyare solet.

**F**lores quos Ca  
riophil • los vocat **Q** uælibet ex illis flores ponebat in horto:

Graia quibus gratae nomina frondis erant.

**Q** uodq; insunt sanctis radiantia vulnera plantis:  
Apta erat hæc herbis arboribusq; dies.

Platatio

Tempsora þ hæc olitor, hæc obseruabat arator.  
Ille olus ut ponat semen & iste solo.

Hoc & qui ramum ramo, ingeniosus adoptat:  
Arboribusq; infert poma aliena facit.

Quæp; ibas cultos referebant semen in agros  
Et inga portabant, duraq; aratra boues.

Verbaq; erant vulgi: Francisco semina mittor:  
Atq; illa optabat condere arator humo.

Mane erat, et diui stabant, solemnia templo:  
Cum face erant flores & scnis ante pedes.

In greditur sacrâ ille ædē & prope limina sancta  
Sparsus aqua accensos constitit ante focos.

Liba sacrum dederat, tauros adiungit arairoz:  
Perq; nouos sulcos semina lecta iacit.

Duq; iacit, cupidus segetis sit lœta precatur:  
Perq; nouos sulcos prospera verba refert.

In de hac ruricolas affatur voce iuencos,  
Pergite sementis vota peracta dabit.

Plena coronatos tunc ad præsepio fistam:  
Seniit & nullum vomere vulnus humus.

Sic ait: & demum post bac semente peracta  
Gaudet, & agricolis ocia bobus agit.

Cum tamen ante Ceres fuerit dea prisca coloniz:  
Terraq; queis semen votaq; certa dabant.

Postulor huic vñs dederit cur talia, frater  
Et mendicatum cur petit ore cibum.

Oportant quodq; alij, tantoq; labore paratur:  
Aes cur ille putat tangere triste nefas.

Cuncta canam; mons est, veteres dixere Lauernaz:  
Turba lauernicolas nominat vnde patres.

In situ  
Seminaz  
di diligē  
cia.Prouer-  
biū agre  
stō de se  
mimibus

SACRORVM FASTORVM

E st Specus hic ingens: vaStumq; recessibus antrum:  
Vixq; homini rupes, vix ad cunida feris.

I nspectias saxum præcinctum horre. tibus umbris:  
Inspeclo, affirmes numen inesse loco.

H oc pater incoluit, festum prope culta cerebat  
Ara crucis, quum sic supplicat ante deum.

S i mibi pura fides, tua si mandata secutus:  
Te vt venerer, supplex hæc pius antra colo.

S is licet immensus: sim quamvis ipse pusillus:  
Da deus vt plagas sortiar ipse tuas.

I n prece sic fuerat tendens ac sydera palmas:  
Quum subito ardentes promicuere faces.

Christus in figu.  
Seraphi loquitur. S uspicit, huic genius: Seraphin sacra nūcupat ætas:  
Quum sic, vnde senex nomina cepit, ait.

I lle ego sum cuius te transformabis amore,  
Ut transformatus vulnera nostra feras.

S ignifer atq; meus terribis numine manest:  
Sanctaq; eris nostræ tu quoq; cura foris.

N on tibi certa domus, non æris diuitis usus  
More avium optati sorte fruere cibi.

Q uum libet agricolis demittes æthere nimbos:  
Et poteris nubes voce fugare tua.

I nde tibi ad sacrum florebit vinea nostrum:  
Quumq; voles per me facta erit vnda merum.

D ixiteratq; deus, tremuere cacumina montis:  
Visaq; erat patris lambere flamma caput.

V it poterat, spectat peccatusq; alasq; loquentis  
Atq; deum agnoscit, signaq; certa dei,

I nde sism passo summittit corpore vultum:  
Mira cano, quino vulnere scriptus erat.

Q uales

- Q** uales mane, noui, sole ingrediente fenestram:  
 Se radij effundunt: impediuntq; domum.  
**H** and secus ipsa dei ligno exorientia fixi  
 Vulnera, tunc artus impediere viri.  
**N** uminis his tactus stabat patientis imago:  
 Ictus perq; manus pectora perq; pedes.  
**F** esta quod ergo senis prope sementina petebat  
 Seminar: quod viuit fruge, latetq; deus.  
**Q** uodq; dei ille esset lethum pia forma ferentis:  
 Corporeq; hærerent vulnera, ut herba solo.  
**V** t decet, agrestes sibi rem traxere minores:  
 Pro Cerere & terra dant sua thura semi.  
**A** tq; suis sulcis quum semina mandat arator:  
 Da pater his auctus, proueniantq; rogat.  
**T** empore de-hinc imbres veniant & tēpore soles  
 Anteq; dum serimus sit sine nube dies.  
**A** tq; vbi iam foeti fuerint sementibus agri:  
 Spica sit his pinguis, luxurientq; minus.  
**S** ic sed vt ipsa seges, procul à rubigine crescat:  
 Dumq; hæret nullo procubet v̄sta gelu.  
**V** erbaq; quæ antiqui dicebant ante coloniz:  
 Addit, & huic melius tradere farra putat.  
**S** acraq; quod Cereris fuerant communia Baccho:  
 Vndam quodq; nouo verterat iste mero.  
**P** roxima subiungit, fac vinea certet aristis:  
 Calcatissq; vnis plurima musta fluant.  
**F** ecerit vua merum, complebunt horrea messes:  
**Q** uæ petat inde tuus dona minister erunt.  
**A** rea qua diues, diues vindemia fiet:  
 Vsq; licet poscat, tempore vota feret.

Sementi  
na, à Ce  
rere hue  
trāslata.

SACRORVM PASTORVM

Dixerat, euemit, tutela fit ille colonis:

Pauper erat, ne sit, dona rogator habet.

Tempore p̄ aut agris errat, dātq; area fruges:

Aut quacūq; lacus feruida musta tenent.

A ut fora inops intrat: illustratq; aliena per urbem  
Limina, & obliquo postulat ore cibum.

E t modo habet peram: modo onus tū dicit asellū:  
Res aut poscit emicū minus æra petat.

*Frates  
minores  
æs nō tā  
gune.*

S cilicet ære emptus deus est, corrumptimur auro:  
Hincq; nefas nummum tangere triste putat.

V nde sed est habitus, quis cinctum repperit ipsum:  
Cur ue illis velent vincula rara pedes.

Q uid ve brevis tonsura, tegat cur summa cucullus  
Cur nota versa placet, viaq; parca, canam.

V enerat hic etas, animus, moresq; iuuentæ:  
Vanaq; nec curis tempora certa suis.

S eu superis vifum sic, vt sua sacra iuarent:  
Seu quia non alio sydere natus erat.

C onfusæ tacitus vitæ, morumq; pudore,  
Pectore concepit numina sacra suo.

A tq; deo plenus populos urbesq; percosus,  
Deseruit celeri patria tecta fuga.

D um fugit inquit: opes sunt nobis causa malorum:  
Dives erat pauper maluit esse deus.

*Regulæ  
minorū  
origo.*

C ontigerat sylvas, sc̄ motaq; lus tra ferarum:  
Ergo quæ lœdunt, abiiciimus ait.

C orporeq; imprimis preciosus cedat amictus:  
Quicquid & ad cultus criminis ante fuit.

C ausa mihi erroris deponite vincula plantæ:  
Iteq; iam nudi per loca nuda pedes.

**Q**uique vagi circuin funduntur colla capilliz  
Tempora sint circum parua corona mibi.

**M**ore meo agresti capiti tollatur amictus:  
Tortilis in nodos cingula funis eant.

**N**e ue mihi possit nomen quoque voce nocere:  
Dicitus Ioannes non ero, francus ero.

**E**t quia mensa trahit: trahit et nos potus ab arae:  
Nota sit ut primi sic quoque causa cibi.

**P**ræbeat herba dapes, currentia flumina potum:  
Antra domum, studium sydera, saxa torum.

**D**ixerat: et latus paucis viuebat in antro:  
Ordinis et factus causa minoris erat.

**V**enit in exemplum: ceperunt iura ministri:  
In quo habitus toto corpore sanctus erat.

**S**ic mores venere pii: sic sydera curae:  
Hac via ad Elysium lege reperta fuit.

**Q**uo fugit heu, ritus? mutarunt saecula factum:  
Peneque secessit sanctior ille furor.

**S**cilicet et longo pietas corrumpitur usus:  
Moribus et sanctis longa senecta nocet.

**N**am quibus alii fuerant soleae satis ante salignae:  
Molliter in plantas rursus aluta reddit.

**E**xquiruntur opes, et equus, torus unus et alter:  
Atque placet rerum commoditate frui.

**A**era manu tangunt, paupertasque illa recessit:  
Si placet, ad fratres iam precor illa redi.

**D**icta quoque ipsorum patientia filia fratum:  
Hei mihi, quam raro nunc habet illa patres.

**S**ed quo culpa ruis? iam mos, reuocatur et ordo:  
Numineque hoc factum credimus esse dei,

Corru-  
ptamino-  
rum re-  
gula.

Reflóre  
gulæ  
Cappuci  
nos vocat

SACRORVM FASTORVM

**S**tant pede, sed nudo, lana fit acutus amictus:  
Atque placet squallor, tecumque plena situ.

**M**ensaque sunt frondes: potus quasi fluminis undae:  
Et mendicatus, panis in ora cibus.

**V**asa rubens tellus: his sunt et fragula pelles:  
Nudaque arenosi fluminis vlua torus.

**L**iuor O' ut latret, reuocata est vita minorum:  
Grataque principibus, numinibusque manet.

**C**Hinc ubi iam radios Hyperion ducet ab undis:  
Aureaque igniferos ad iuga junget equos.

**I**psa licet pluuiio lux humida palleat austro:  
Pleiades utque micent non tamen imber erit.

**C**Ast ubi iam plenissimam veniet lux ultima nonis  
Idibus Augusti non dum fulserit orta dies.

**M**ane deum matris coelo exoriente corona:  
Cuncta quibus subsunt, agminibusque petunt:

**F**latibus aeolij mutant sua limina venti,

**Q**uisquis es, in portum qui mare findis, abi.  
Illi ut mutantur, sic mutant aequora fluctus.  
Nec facies horum est una, nec una maris.

**C**ui capit a nonis venientes lucifer idus,  
Hunc Romane caue, fluctibus ater erat.

**S**iue quod exceptis iratus sordibus, amnis  
Intulit ultrices in loca nota manus.

**S**iue quod hesternis veniebat ab imbris auctus:  
Lux erat in fatis haec quoque Roma tuis.

**S**cilicet in proprium conuertit cornua vulnus:  
Deucalioneis ille superbus aquis.

**E**rgo per arua furens torrente potentior omni.  
Turgidus e potis magna sonabat aquis.

Pleiades  
ori. au.  
ster flat

Veti mu  
cantur

Aspera i  
mari fie  
hyems.

Innuda-  
cio Tybe  
ris nec  
dilis par-  
cie.

**Q**uisquis es, in portum qui mare findis, abi.  
Illi ut mutantur, sic mutant aequora fluctus.  
Nec facies horum est una, nec una maris.

- Cum stabulisq; pecus, sylvasq; & saxa trahebat:  
Vorticibus densis flexus ab amne latus.
- Tectaq; deiiciens, per templ a ruebat, & aras:  
Agnine damnosus fluminibusq; ferox.
- Atq; deo inuit o, cœloq; iratus, & vrbi,  
In multis æstu trux erat ille locis.
- Illaq; mugitu implebat, terrensq; fugansq;  
Liber ut in septis taurus arena tuis.
- Pars pede, pars celeri quærebat cedere cymba,  
Pars sua claimabat, mersa quod amne domus.
- Puribus heu colles, & culmina tecta fuerunt:  
Aedibus obfessis vel via pontus erat.
- Pro populo pisces tractus habuere viarum  
Fasq; erat in media lintribus vrbe vehi.
- In terea, superante suis incurribus amne,  
Gurgide ab iniecto diripiuntur opes.
- Ita quidem quondam vix duro vieta sub hoste  
Roma, per excidium tam fera damna tulit.
- Talibus Aeacides, conuersa viribus hasta,  
Oppressit phrygias ad Simeonta manus.
- Deniq; diffusas sibi ripa coercuit undas:  
Additus & fastis lucifer ater erat.
- More tuo excessus tulerant iam Nile tabellas:  
Alteraq; in roseo venerat axe dies.
- Quum modo quæ cœlo tulerat radiantia Cetus  
Rostra, sub æquoreas illa ferebat aquas.
- Tertia ubi aspiciet prono fugientia mundo  
Sydera, res radijs restituetq; dies.
- Pr omifer autunus spatio se diuidet æquo:  
Par & præterito quod venit illud erit,

Os ceti  
occ. ma  
tutino.

Autuni  
medium

SACRORVM FASTORVM

- Aries  
occidit
- C**dux quoq; lanigeri gregis illo tempore cœlo  
Cedet, & Oceani vellera tinget aquis.
- Creatio  
Pauli. p.  
m.
- Q**uā bene Roma tuus ceu missus ab æthere pastor  
Tunc & commissas sanctus habebit oves.
- S**cilicet ut lassis posset succurrere rebus:  
Pro grege iam pridem numine lectus erat.
- Nam vix grande senex penetrare intrauerat: inde  
Reddita quum vox est, vrbs habet alma patrem.
- A tq; mora optatis nocte est non amplius una:  
Amplius amissas ne quereremur opes.
- Ergo suos currus Phœbus properantius egit  
Gaudiaq; ad rerum præcipitauit equos.
- Auctus  
ab eo Se  
natus.
- C**ernite iam dignis quā nunc tribuantur honores  
Paceq; Majestas quā quoq; magna redit.
- Paulus  
græce  
quietus  
dicitur.
- N**empe tuus titulus rerum est mensura tuarum  
Ocia dum terris, ocia redditis aquis.
- Fratribus è geminis hinc Paule es Tertius idem:  
Nomen & hic, claves tradidit ille suas.
- N**ullus enim poterat moderantius æquore tanto  
Ad portum Cymbæ tradere vela tuæ.
- Domus  
digna po  
ut. ann.
- T**e penes imperij diuini cura manebit:  
Hæc tua digna domus frena tenere manu.
- C**œlesti. interea mente hæc dum sancte gubernas:  
Et te Roma decus sanguinis esse putat.
- F**elix terra diu, serum te cernat Olympus:  
Natalemq; tuum nunciet ara frequens.
- I**libus è toto restant tres ordine luces:  
Scorpius & media de tribus optat iter.
- T**ristia deflebat Pharios Iudæa per agros:  
Vera canam, dicitis fabula nulla meis.
- Sol in  
scorpio;

- Fas ut erat magnos deducere monte capellas:  
Atq; humiles reges tunc habitare casas.
- Forte greges viridi pascebat gramine Moses:  
Rureq; mulcebat carmine doctus oves.
- Ecce polo rutilas vidit descendere flaminas:  
Inq; ipsum labi, conuoluiq; rubum.
- Augur erat: quercus sic ut recubabat in umbra:  
Surgit humo prudens, prodigiumq; notat.
- Proximus accedit, spectatq; stupetq;, videbo:  
Siste gradum subito quum facis ignis ait.
- Iste gradū repetit (flāmā prope venerat ille)  
Sacra deo, hæc nudo est terra adeunda pede.
- Constituit admonitus, soluitq; hic vincula plantis:  
Fitq; prope, at vulnū tendere flammina vicit.
- Quod licet in gremio frontem deponit, et ora:  
Quodq; petis dixit, te rogo flammina mone.
- Tunc ea scis inquit, mea plebs Nili errat in agris:  
Tuta sit ut per te regis ad ora veni.
- Dicq; deum timeat, dic nostris consulat aris:  
Summaq; sit populo parcat ut ille meo.
- Mollieris dictis: iuga sint mihi proxima templū:  
Thura quibus flammis, & bouis exta dabis.
- Inierat: signum iherus da credar ut inquit:  
Dic ait, in dextra quid tibi: virga refert.
- Proiice: projecta exiuit in anguem:  
Accipe ait, cepit, uirgaq; ab angue redit.
- Onde manū gremio, iussum facit: attrahe dixit:  
De gremio putrem rettulit ille manum.
- Onde iterū dixit, cōdit, rursum extrahe, traxit:  
Reddit a quum proprio dextra nitore fuit.

Moīs  
ostērū de  
ignē rubi

Ignis lo-  
quitur  
Moīs.

Virga  
Moīs ī  
anguem.

SACRORVM FASTORVM

- D icta recusabit, hæc dixit signa mouebuntur:  
Primaq; si renuent, vota, secunda dabunt.
- D ixerat: in tenues quum flamma euanuit auras:  
Restitit C' viridis, ceu rubus ante fuit.
- V esper erat, longis clauduntur ouilia septis:  
Obuius C' fratri mane peracta refert.
- R egis ad ora abeuntur: Pharaonis nomina regis:  
In superos quo non durior alter erat.
- V it venere ferunt mandatum, signa requiritur:  
Tunc sic ille, deo si datur ara, dabo.
- A ra sed hæc mons sit, non fallam rettulit, ara  
Mons erit, à signis si mihi verus eris.
- P roijcit hic virgam, tortum formatur in anguum:  
Abnuit, e' gremio rettulit ille manum.
- Deus al= loquitur terram.  
R ifit facta ferox: dum ridet mandat adesse  
Hæc dare qui magico carmine doctus erat.
- C ondiderat dextram, pariterq; retexerat illam:  
Facta eadem C' vera visa fuere fide.
- I ecit ut hic geminas uirgas, riguere dracones:  
Iecerat hic unam, deuorat una duas.
- I ra ducem tetigit, rubuitq; hoc omne uincit:  
Vota negat, Moses sit deus ultius ait.
- V ix ea finierat, quum summi uertice cœli  
Constitut, & terræ protulit ista deus.
- H is ego te manibus tellus si mole redemi:  
Cumq; feris, montes, fiuminaq; ipsa, dedi.
- V it colar, C' nostras non desint exta per aras:  
Liberaque ad sanctam gens mea perget humum.
- Q ue moueant diri præcordia ferrea regis  
Monstra feras: monstros ora nec una dabis.

Dixerat

- D**ixerat, a' dicto Nili septemplicis aliueus  
Fundit aquas, fusis terra madescit aquis.  
**I**nq; modum mairis, diuersas concipit intus  
Imbre feras: culices hæq; fuere prius.  
**A**dmiratus erat, durusq; irriserat illos  
Rex, deus & dixit nomen inertis habet.  
**Q**uū subito diri sinuosis orbibus angues  
Attolluntur humo, regis & ora petunt.  
**S**pectat, et heus cedens vos dudum vidimus, inquit;  
Rursus humus nixa est: Scorpious ortus erat.  
**P**rofilit in regem letalis acumine caudæ,  
Ille timet, motus iussa timore facit.  
**T**unc deus en regem commouit Scorpious, inquit:  
Paruit & tellus, monsq; fit ara mihi.  
**F**as ut erit, rerum fieri monumenta iubemus:  
Vix ea, quum cœlo translulit ille feram.  
**A**tq; vt erat regi metuendus Scorpious; illuc  
Sic sibi bis stellas quinq; nouemq; tulit.  
**C**Proximus ætherias vbi curru ascenderit arces  
Phœbus, & in nitidis aureus ibit equis.  
**O**ra licet cœlet condatq; in nubila vultum:  
Non dabit e' cœlo, quas minitatur, aquas.  
**C**Roscida Tithoni rorare vbi cœperit vxor:  
Pictaq; luciferis frena dabuntur equis.  
**I**n mare profiliat geminis de piscibus alter:  
Natalesq; suo more natabit aquas.  
**E**st sed vter queris, non est hic proximus austros  
Ut taceam qui sit: iam puto nctus erit.  
**C**andidus aurates radies quum effuderit orbis:  
Aurora & bijugis vœla redibit equis.

Feræ cō  
tra Phœ  
nem.Dies tri  
stis &  
nubilus.Piscis se  
ptentrio  
nali. oc-

SACRORVM FASTORVM

Coxa si  
nistravir  
gi. vesp.  
occ.

**S**i quis erit, laxum qui coxā in virgine quaerat:  
Dicet heri micuit, hac latet illa die.

**H**inc ubi ter tenebras Hyperion luce fugarit:  
Cunctaq; reddiderit gentibus orta dies.

Lucæ Ep<sup>st</sup> uangelio.  
prouerb.  
puerorū.

**E**st pueri in Luca tamē vestra merenda caduca:  
Plebs ai*us* indicium cui noua fīcū erat.

**P**lebs licet hēc dicat, tamen illam sāpe requirunt,  
Atq; obstant verbo, comminuantq; fidem.

**I**nterea a' ferula reuocantur mane magistris  
Plus p<sup>r</sup> hoc quam dudum rapta merenda dolet.

**E**rgo deæ plectrum, studiumq;, resurrite vestrum:  
Et noua compōsitis ponite ferta comis.

**I**n p<sup>r</sup>iorū & numerū secretag; ad antra redite:  
Lux quoq; vos quoniam versibus ipsa vocat.

**E**t quia su<sup>r</sup> leges, seu carmina forte placebunt:  
Hic capit aornas mollis arena deas.

**P**ectora doctorum præcedant sacra virorum:  
Ardor ab his studijs eliciendus erit.

**Q**ui cū p<sup>r</sup> ergo illis nomen profitetur & artem  
Det positis supplex thura precessq; focis.

**A**t tu quem sacri vates finxere iuuencum  
Altera qui & Phœbi munera pector habes.

**I**pse mone, doctae cur intermissa sorores  
Tempora, te studijs adueniente, petunt.

**H**æc ego, mugitu quum protinus impulit auras:  
Atq; oculos bouifer constitit ante meos.

**I**nq; suum ex illo conuertens lumina vatem.  
Edidit hos placidos ore priore sonos.

**I**nstruat unde tuum Romani conditor anni  
Musa opus, hos memori percipe mente sonos.

- Vit patribus studium nostris fuit ante sacrorum:  
Sic amor augendæ religionis erat.
- Multaq; prisorum fuerant quæ condita fastis:  
Ad sacra traxerunt plebe sine nente sua.
- Ante quod his igitur Quintilis prima vacabat:  
Proxima quod soli terga leonis erant.
- Ipsæ suum sceptrum ponebat mane senator:  
Nec fora Marte aderant litigiosa suo.
- Quæq; suo cantu lassarant antra sorores:  
Ocia quærebant tempore certa lyræ.
- Ritus ab his veterum nostros descendit in annos:  
Factaq; posteritas præsca secuta nouis.
- Silicet alterno succedunt cuncta labore:  
Et nihil est quod non constet in orbe vice.
- Spice ut hybernis veniat post lucibus æstas:  
Vtq; locos mutet noxq; diesq; suos.
- Ergo quod Octobris reuocabant idibus actas:  
Idibus Octobris quod sacra iuncta mihi.
- Patribus hinc visum reuocare hac tempora nostris  
Atq; mihi hos titulos, officiumq; dare.
- Hinc nunc ora meam facundus soluit ad aram:  
Inq; artes laudes eloquiumq; facit.
- Tantq; mihi electi, dum mens placatur Olympi:  
Curaq; fit studijs me veniente nouis.
- Finierat, vates te cum pictore salutat:  
Num ne inquam et vates tu quoq; pictor eras?
- Nemirere inquit, par est pictura poesi:  
Quodq; manu pictor voce poeta facit.
- Est & Homeris idem, re si petis, est et Apelles:  
Dum canit hic versus, dum linit ille notas.

Festa  
multa ve  
terum et  
cōsuetu  
dines ad  
nos vene  
runt.

Vacatio  
nes gñ  
les qñ.

Pictura  
et poesis  
sorores.

SACRORVM FASTORVM

S axa nec a' cœlo nisi primum picta cauantur:

Hoc facit ex auro qui quoq; texta notat.

D eniq; si inspicias: rara est ars: pingere quæ non

Visa sit ipsa prius quam sibi tractet opus.

I nde mihi artifices non nulli munera debent,

Ne pateat tantum variis ara meis.

D ixerat, & dictis rerum quæsita patebant:

Cætera quim hac instanti voce secutus eram.

V erum culta locis tua cum sit pluribus aras:

Dic tibi in alterius cur damus æde preces?

L uce tua Eustachius thus & Capitolia poscunt:

Hicq; est causidicus, variis ille locus.

S it licet ara mihi non uno tradita templo:

Fas erat hic illa commodiore frui.

S cilicet Eustachius prope spectat tēpla Mineruæ:

Hinc & Gymnasium est, sum mediisq; refert.

H ic seu lege iuuat, seu carmine bella mouere:

Excipit aonias mollis arena deas.

A d Capitolinios cœli datur ara penates:

Ius quia conscripsit: nomen & inde tuli.

H inc me Scriba colit, graditur consultor ad illam:

Thuraq; causidicus iuncta clientis habet.

C onsultiq; viri assistunt: his iura leguntur:

Admonitusq; audit lecta corona suos.

Oratio  
inter eos  
babetur.

D e stipe collecta transcripto è more libello

Dona ferunt faculas, interiusq; sedent.

O cia præterea quia vult ante omnia Phœbus:

Paceq; compositos & sine lite dies.

G arrula sollicitas exercet Curia causas:

Verbaq; claimosi litigiosa fori.

Fas, qui lite latrant, et qui sub Apolline cantant:  
In lare diuerso tradere dona fuit.

Cera piperque datur, tetigisti munera quando,  
Cur dent illa tua dic quoque quae so die?

Hec ego dicebam quum sic mihi rettulit ille:  
Hec quoque erit dubia cognita causa tuo.

Curia amat reditus: sibi quid sit et utile queritur:  
Principij p̄ suis omina lat̄a petit.

Ianus mella dabat, dabat aës sit ut omen in illis:  
Cum veniat primis fascibus ille dies.

Mense tribus terno repetunt sua dona secures:  
Et proprias illis exhibet ara preces.

Aiani ergo omen capiunt hæc facta calendis:  
Vetus et incepti muneris inde venit.

Ceraque pro melle est, et quæ sunt addita ceræ:  
Auspicium et capto munere quisque facit.

Debet licet ipse initio quoque munus honore sacerdos  
Causa erit hæc donis debita sola meis.

Finierat, quum sic ego vulgi verba putabam:  
Audieris, veris proxima nempe putas.

Cera ait est lucrum, lucrum sibi Curia poscit:  
Ora piper mordet, lis quoque mordet opes.

Sunt qui pene eadem (quāquā tua dicta probemus)  
Addant, vera, ioco, nec minus esse ferant.

Spicula apes et mel gestant, cum melle locuti  
Causidici a' tergo spicula semper habent.

Desieram, risit, sed tu quia pictor es inquam:  
Factaque sunt animo cognita prisca tuo.

Cum scelus ante foret, depingi templa figuris:  
Parque deo, candor staret in æde dei.

Cā boni  
ominis  
ad lucrā  
dantur  
munera.

Iocosa di  
cta i cau  
fidicos.

Imagi  
nes euā  
in arce  
templi.

SACRORVM FASTORVM

Cur modo pinguntur: tholus & qua tollitur aræ:  
Bis duo cur estis: cur ue biformis honor.

A nte coli paires dixit: vetuere figuræ:  
Nemo quod humani viderat ora dei.

*Imago*  
*Saluato.* F ugerat Herodem cum nato mater, & ad te

*Imago*  
*virg.* Venerat Aegypto Nile beate tua.

I am parat vt redeat, reddituræ in tec̄ta paranti  
Q uum pharium matri talia vulgus ait.

C ernere vt absentes liceat, nec abesse putemus:  
Fas sit in effigie numen vtrūq; coli.

D ixerat, assensit ges tabat candida natum:  
Cepit ab his vultus vna tabella duos.

O ccidit obprobrio crudelia funera passus:  
Ista pia illachrymans quum mihi mater ait.

S cis quam grata tibi fuerint mea munera Lucas:  
Q uam quoq; sis docta tu scio & ipsa manu.

S i didicisse potes per me tot scripta magistrum,  
Q uodq; deum peperi: nuncia quodq; tuli,

*Picturæ*  
*vis.* S ola habet vt minuat longos pictura dolores:  
Matribus & natos reddere sola potest.

P inge meum: absentis satis est si stabit imago:  
Hei mihi, sic etiam quam graue vulnus erit.

C eram ego complectar pro nato, atq; oscula figam:  
Et dicam inspicens tu mihi talis eras.

H asq; manus, hosq; ipse oculos, hæc ora ferebas:  
Hæc suberat flauæ barba bisulca comæ.

S ic digitos tollis, nec vestis dissidet ipsa.  
Raraq; velabant sic quoq; vincla pedes.

T alia dicebat, pingebat talia dextra:  
Perq; meum partes læta probavit opus.

**M**ox & ab assumpta est reuocata coloribus a me  
Fratribus: et per me plurima pietà locis.

**Q**uod dca permisit, deus est quod deniq; passus:  
Approbat hoc pietas: posteritasq; facit.

**V**isa mouent animos, & quos non littera tangit,  
Pietà trahunt: faciles alliciuntq; preces.

**B**is duo erant Mosi, scripsit quin carmina, testes:  
Per totidem natus virgine scripta probat.

**S**i timur in summa pieti testudine templi:  
Par locus hic, cunetis ut pateamus, erat.

**V**na tamē studium monstrat: forma altera vultu:  
Inssit ut exilium cui sua Pathmos erat.

**N**ang Helicona sacris de cœlo, astrisq; sopore  
Varibus ille tulit: materiamq; dedit.

**H**inc mihi formosus tollit sua cornua taurus:  
Victima quod cecini cur deus ipse foret.

**C**ui iuba magnanimi fulget stellata leonis:  
Scripsit ut hic Stygio victor ab orbe redit.

**A**lius humanis quia fert vestigia terris:  
Qui venit, hunc ales tollit adunca Iouis.

**V**ltimus ætherei recitat cunabula partus:  
Cumq; deo puerò, pene fit ipse puer.

**S**ic quod mente vna sumus hæc diversa secutis:  
Quas colitis formas tradidit ara duas.

**D**ixit: & in summa sedit testudine templi:  
Deq; mil: i totidem, quot canit, unus erat.

**C**Deciderat cœli madidus vindemitor axe,  
Inq; suum septum pastor agebat oves.

**A**tq; breues lntres sumosa in iecta ferebant  
Prælæq; erant paruis curua recepta casis.

Euāgeli.  
quatuor  
testes.

Imagi-  
nes alle-  
goricæ  
Euāgeli.

Vende-  
mitor oc-  
cidit.

SACRORVM FASTORVM

D'oliaq; cieclis feruebant turgida spumi:  
Nominaq; his stabant ad numerūq; notæ.  
Quæ premanserunt sc̄li fragmenta racemii  
Fiebant pueris præda colc na tuis.

Venatio delectat Quum sua deposita tendebat retia corbe  
Rusticus, ut tenta præmia casse ferat.  
Interea pulsis quæ lux est altera stellis:  
Cernet ab his ingens æquor adire lupum.  
Vibus Aegubij fuerat mil: i cognitus hospes,  
Hac & luce domum venerat ille meam.

E xcipitur mensa: dapibusq; ex ordine functi,  
Miscuimus multis seria pauca iocis.

P roxima erat multos incidunt sylua per annos  
Ille ait, atq; ingens hic lupus horror erat.

N on secus ac olim sus est Chalidomius: aris  
Tunc quum casta suis spreta Diana dolet.

R ura sua indutus galea repetebat arator:  
Sic quoq; non tutus tunc sibi visus erat.

V enerat armatus capulum tractabat aratri.  
Perq; nouos sulcos hastaq; & ensis erat.

P roq; sua virga signabat iugera pilo  
Sumptaq; de clypeo farra dabantur humo.

I pse suæ ciuis seruabat limina portæ:  
Clauerat et natos non minus ante lare.

S æpe quidem media prætor de lite recessit;  
Tractus ab officio seditione lupi.

Francis sci mira culum de lupo. Venerat hic nuper, fecit cui nomina francus:  
Syluam adit, è sylua protulit ille caput.

Q ualis in Alciden trux Cerberus agmine, talis  
Iuit in astantem protinus ille senem.

- S iue tamen superum iussu, seu patris honore:  
Sic ut erat: visi flectitur ante pedes.
- A tq̄ sua cauda plectebat terga, velutq;  
Delicti veniam poscere visus erat.
- H oc pater vt vidiit, rabiemq; & crima pone  
Cœdis ait: dictis annuit ille uiri.
- Q uodq; putant mirum, plaudit dum colla disertus,  
Surge ait, ad vocem sustulit ille caput.
- F rater eris dixit, cepit cognomina fraris,  
Addidit & ciuis suscipe iura, tulit.
- A' sylua, ex illo, tota est exceptus ab urbe:  
Fitq; nouis pueris, virginibusq; iocus.
- I am sua bis Phœbus per signa reduxerat orbem:  
Vua bis & fuerat bisq; peracta seges:
- Q uum cadit hic morbo, ciues doluere cadence,  
Hunc p̄ gemunt, lachrymis nec modus ullus erat.
- I udicis ora tacent, nec festa theatra patebant:  
Fausta deum tangunt, fertq; sub astris lupum.
- A spicit hunc populus, lachrymasq; et tristia, ponit:  
Nostraq; adhuc cœlo viuere turba putat.
- F inierat, surgit, surgenti canide dixi  
Di dent in patria tempora longa tua.
- C Hac quoq; summa Hyades pon'i vada luce subibūt:  
A qz illis pleno hic ore bibentur aquæ.
- Q uiq; flat a gelido Borea nigra nubila surgent:  
Horridaq; ex illis æquore fit hyems.
- C Non sit at illa licet, quæ terria tempora poscit:  
Sole nitens orto Libra mouebit aquas.
- C Ter iubar æthereo quum Phœbus ab erbe reducat  
Loraq; ter dederit curribus inde suis.

Hyades.  
Aquilo  
flat, fitq;  
in mari  
tempestas.

Pes dex.  
ter galli  
nae ori.

CC. SACRORVM FASTORVM

**C** rure coboriis auis, sc̄i mas, sc̄i fœmina, dextro  
Tollitur, ac̄ mas est, mandat ut ipsa fides.

**M**orte Cephas dixit peragam tua iussa magister  
Si sit opus, potius quam tua facta negem.

**T**unc ait ille, ter hæc fient mendacia fient:  
Ante auis hinc tibi quam nunciet ore diem.

**C**aptus erat, sequitur spatiofa per atria captum:  
Terp̄ negat, volucris nuncia lucis erat.

**Gallus** **A**udit ut ille, memor dicens suspiria, fleuit  
**ex ære i** Sydera (adhuc terris Aenea)cepit auis.  
**Thomæ**  
**apost.**

**A**nte licet cœlum cristatus adiuverit ales,  
Hanc causam hæc ætas syderis esse putat.

**Crisp. et** **Crispi-**  
**niano.** **C**tertia lux oritur, da pellibus ocia Cerdo:  
Præcipit hæc curis æqua Mincerua tuis.

**Q**uod dabat illa tibi placato numine quondam:  
Fratres hoc aris illius et de dabunt.

**N**am super ara illam sacra est pietate duorum:  
Apta preci: sed non ambitiosa focis.

**Q**uid dedit hanc illis, cur sunt tutela suorum:  
Non caret ad causam viribus illa suis.

**N**āq̄ dei nutu, commercia sancta secuti,  
Ambo Roma tuos incoluere lares.

**F**orte recesserunt: ars discitur, usus ab illa est:  
Cum miser illorum pauper vterp̄ foret.

**A**pta peregrini faciebant vincula plantis,  
Vtp̄ exacta his ars sic proba vita fuit.

**I**bat ad hos multus de multis partibus hos yes:  
Hi clam iura dei magnaq; facta docent.

**Arte sua**  
trahebat  
alios ad  
fidem.

**A**rtificesq; aderant constanti pectore cœli  
**Q**uasq; tegunt plantas ad sacra nostra trahunt.

Audit ut hoc liquor, furit, & ceu pellis ab illis  
Scinditur, in partes diuidit ense cutem.

Quæque homines traxit cœlesti subula filo:  
(Ceu Stat adhuc) digitis fixa cruenta fuit.

Illa quod his cœlum dedit: ars quod repperit aram:  
Protegit artifices frater vterque suos.

Et socios audit, nec inania vota relinquunt:

Quisquis, si puras tendis in æde manus.

Ille ergo dabis fumosum thuris honorem:  
Seu fueris captus numine, siue comes.

Unge precem: iuncta fient bene vincula plantis:  
Et veteri Tichio par eris arte tua.

Rore igitur sparsus mihi crima demite fratres,  
Quilibet et doctas dic date in arte manus.

Ucraq; non desint, nec desint tempora lucris:  
Et valeant cubiti, dissiliantque frequens.

Quæque polum vobis habitandum tradit et arā,  
Trajicat digitos subula nulla meos.

Nullus et in dentes descendat frigore torpor:  
Dum trahitur pellis, decutiturque luto.

Verba dedi emptori: pro pelle est subdita pellis:  
Raraque sunt soleis tradita fila meis.

Siqua etiam vobis periuria facta citatis:  
Omnia per fluctus irrita ventus agat.

Aliibus à dictis paruæ stipis adjice munus:  
Reddat ut hoc auctum quæ calet ara tibi.

Vidi ego qui fecit, paruo post tempore ditem.  
Lucra per et doctas continuisse manus.

Feceris & cernes faciem non aeris illam,  
Grata erat hesternia quæ tibi forte die.

Societas  
eis sacrū  
cerdonū  
preces.

Arcturus  
occulta  
tunc.

SACRORVM FASTORVM

- N e mirere, Vrse qui à cauda nomina cepit,  
Tonus in æquoreas præcipitatur aquas.
- Acris cōuerſio ad frigus. I ncipit ET mordax sensim succedere frigus  
Seqꝫ tepor cœlat, pene sequente gelu.
- Serpētae rius i. fi. Pau. ap. ori. mat. E rg̃ vbi iure nouo positis iam fortibus armis:  
Lege placet superis eloq. ieq̃ suis.
- N ubibus abruptis missaqꝫ ex æthere flamma,  
Audito qui iam numine milis erat.
- A nte ait ense manus, verbo os iam fulminet, agnus,  
Dicar ab angue, inquit, corripuitqꝫ viam,
- I am tuba erat populis: testis sui sapplica Lesbos:  
Hoſpitis opiatos quum subit ille lares.
- S enserat hic anguem, populis, quem senserat, idem  
Arte domat: sacro profueratqꝫ sono.
- Imago Pau. ap. per forā vecta cū anzuibus in sydus Q uium deus hunc velo gestari immanibus hydris  
Pictum, perqꝫ vrbes, ET forā multa, videt.
- A tqꝫ inquit: Stygium frenavi morte draconem,  
Læserat humanum qui prius ore genus.
- H ic ne tentet idem, mortalibus edidit artem:  
Tollitur ET medio cinctus ab angue foro.
- C edant prisca meis nec sint mendacia Stellise  
Deqꝫ polo hic nexas porrigit angue manus.
- D ixerat, ET cœlo serpentem ut forte tenebat  
Sydus agit, formæ nūc habet unde nota.
- Serpēta. rii nomē accepit. V tqꝫ locum seruent: qua signa Coronide natus,  
Ceperat, hac Stellis splendet vterqꝫ suis.

- P**roxima lux Veneris tumulis ieunia præbet:  
Manibus ut fiat munere terra leuis.
- A**' sue cui due tum nomen fecere latini  
Est sed Hyas verbo Græcia docta tuo.
- T**unc etiam Leporis sociatum sydere sydus.  
Occidit, & gelidas æthere fundit aquas.
- V**ltima lux mensis de more recedere Cancri  
Si volet, ostendent tempora quarta notam.
- F**ratribus altorum superum nam è gente suorū  
Ad sacra quæ tunc est, ara duobus erit.
- F**orte ubi sit poscor, nota est non omnibus illa:  
Sæpe ego quæ sui quo foret illa loco.
- Q**ua patet: in nauæ sua tollunt corpora templo:  
Hic ubi nunc viuax hostia nomen habet.
- P**aruit his Erebus: natis succurrite matres:  
Omnis ab illorum nomine, noxa cadit.
- N**ang, olim ut faciunt, curant ex orbe silentum:  
In nos ne nocuos Styx ferat imma deos.
- H**oc quoq, ut in nubes non sese colligat aer,  
Tempore, tempestas præparat, atra minas.
- E**xpulerant umbras simulacris voce nocentes:  
Cultaq de templis numina vana suis.
- H**ostes ira mouet, sonuere tonitrua cœlos:  
Templaq fulminibus dissoluere solo.
- F**ortiter hi contra tenuerunt pectora fraudes:  
Atq; illis regnum subripuere fide.
- F**acta qd hæc tunc sunt, redcūt psæpe quotannis,  
Atq; dies fraudis fit memor ipsa suæ.
- Q**uæsq olim solita est demittit ab æthere terris.  
Insolitas pluviæ tristæ sonantis aquas.

Jeunia  
pro defū  
ctis.  
Succula  
cū lepo-  
re occi.  
fitpluia  
gelida.

Si, et I<sup>us</sup>

SACRORVM FASTORVM

- Corona** **C** Luce sequente Polo cœlabit virgo coronam:  
**incipit** Reddere quam è templo mox parat ipsa suo.  
**occidere]**
- N** am medium tollas si lucem habet altera verum:  
 Resq; fidem dictis mox dabit ipsa meis.
- C** else quidem diuñ atq; operosis postibus ædes  
 Igne coronatur subſtruiturq; face.
- Lyræ te** **T**unc etiam tempus lyra postulat: ergo coronam  
**Studo ori** Ponite Pierides & date fila lyræ.  
**tur in fi.**
- Davidis** **F** orte puer soleris Iesse sanguine natus:  
 Rure suas David cum sequeretur oves.
- M**ane pede nita ta testudine restitit, aufert:  
 Nerui inerant: pulsat, reddidit ista sonum.
- P**lectra mouet, neruis tanguntur fila sonoris:  
 Stat Phœbus, doctæ constupuere deæ.
- A** t numeri mentem pueri sacer impetus intrat:  
 Dignus & is iam tum nomine vatis erat.
- D**icitur incuruæ primus fidis ille repertor:  
 Fama fit: interea carmine mulcet oves.
- A** eger erat Saulus, furijsq; agitatus inquis:  
 Quip; iuuet certa non erat artis ope.
- A** uidit vt hic pueri demissum ex æthere plectrum:  
 Quia releuet mentem carminis optat opem.
- I** t puer, excipitur, magnis placet ædibus idem:  
 Et gratus tristem ducitur ante ducem.
- Primus** **P**rima poetarum cura est tunc regibus ille:  
**honor** Hei mihi, temporibus quam procul illa meis.
- Poetarū** **I**ncrepat ergo lyram: mollit: lenitq; furentem:  
 Armiger emeruit cognitus esse ducis.
- L**audat facta deus: vatemq; tuetur ab hoste:  
 Mox sibi vt æternum vaticinetur opus.

- I ndeque quo fierent monumenta perennia facta:  
Scande inquit cœlum iam lyra docta meum.
- D ixerat, hæc, quum qua se tollit vertice mundus.  
Quot fuerant musæ tot tulit illa notas.
- C Vesper adest templo face lucet picta corona:  
Nec mea mendaci carmine musa fuit.
- E sse putas stellas: quibus hic pulcherrima virgo  
Cincta Ariadneo sydere nocte micat.
- Q ualis ubi expulsa Phœbe fert cornua nube,  
Septa astris, talis stat face septa parens.
- Q ua resupinus agis tua lumina, lumina spectas:  
Spectanteque iuuant, injiciuntque moram.
- Q uot tñ hæ flammæ, tot numina adesse putamus:  
Cumque his astamus, ceu fruimurque polo.
- S ydera ut ille gerit, templū hoc sic continet ignes:  
Quæque illi, huic spatiij forma rotunda manet.
- P orticus erecta est immannibus alta columnis:  
Stantisq; suo nexæ culminis ære trabes.
- M oleque sublimi crescunt fastigia templi:  
Aenea qua cardo est limina vasta sonant.
- H aud aliter cœli cum magno celsa Tonante  
Crediderim summos tecta tenere deos.
- Reuerat usq; decem numerus, prodiret vt alter  
Fas erat: & spatijs pergeret ipse nouis.
- Iam venturus erat, qui impleret tempora cursu:  
Quiq; suis populis iam noua iura daret.
- Venit, & impleuit, nobisq; vt sæcula ferret:  
Nascitur hoc numero, conspiciturq; puer.
- Martis enim mense est conceptus, natus in isto:  
Atq; sacri causam sic sibi mensis habet.

In anni  
initio so  
lennitas i  
era cœli

sæcula  
vere au  
reacris  
No duce  
sub Pato

Mensis sa  
cer, quia  
in illo  
natus  
Christus  
mëse est.

# SACRORVM FASTORVM

Cum teneras igitur præcedunt tempora cunam:  
Et teritur Spatijs ultima meta suis.

Magne puer magni soboles æterna Tonantis:  
Hic tibi natalem dum cano dexter ades.

A tibi incipias magni primordia sacris:  
Ut capiat tecum mensis Et annus iter.

E t quia surgentis decus Et tu diceris ævum:  
Vrbis sancte parens, præficerisq; sacriss:

Quod decet Et fas est, cuius vice numine polles:  
Cum puero ritus aggrediare tuos.

Nuptiæ non fient. Imprimis deus est quia nullo coniugis usu  
Sunt patri multis, siccay mensa, dies.

E ste precial tediis nuptiæ, viduae ue puellæ:  
Aptius his tempus mense sequente datur.

Eligio. Ipse sed ante diem vulcania surgat ad arma  
Eligius, fabræ sacrificientq; manus.

S elicit acceptum cum scenore reddidit aurum:  
Laminaq; in digitis illius aucta fuit.

Fabrorū Ferrario] rū feriæ Pace tua huic debent, quos iactas Mulciber, ignes,  
Arte tuæ tantum non potuere manus.

N anq; pedes flaminis Phætonis frangis equorū:  
Crus celeri istius voce coiuit equo.

T ela Ioui quæ fert avis à te, nunciat ortum  
Huius, Et huic sacrum non manus una facit.

N am sibi qui referunt operoso nomen ab auro:  
Quij tuis signant æra moneta notis.

Q uip; metalla liquat: qui frenos singit equorum:  
Quij tabellarum nomine currit equo:

Q uip; feri domitor, trutinæ qui examina librat:  
Quij facit claves, cui rotæ versa pede est.

**E**ligium cuncti socia venerantur in æde,  
Cede sacris: fīlos non colit ara deos.

**C**Hinc tria iuncta loco cœlo noua signa videtur:  
Phœbus ubi eoo tertius albet equo.

Gallina.  
Vultur  
Cygnus  
mat. ori.

**V**ultur, et aonio nam insignis carmine Cygnus,  
Et sua cristatus sydera Gallus habet.

**A**dmonet iste senem: Elysium morte ille canedo  
Præuidet: incestum tertius odit opus.

**T**Proxima lux orta ē, tua Iuppiter arma relinque  
Nam quo magnus eras, Barbara fulmē habet.

Barba.  
turrium  
tutelæ.

**V**ix ea sic dixi, tonitru quum concita moles  
Emicuit, septem constrepuitq; iugis.

**T**ransieram pontis faciem, data signa requiro:  
Lectus ad excubias quum vigil arcis ait.

**H**æc cui festa dies, nescis? dat Barbara signa:  
Miror te ignarum numinis esse mei.

**A**ltera fert turrem diuæ manus, altera palmam:  
Cur ferat & dubio debita causa subest.

**C**lausæ velut Danae lugebat pallida turre:  
Atq; dei signis cognita nostra fuit.

**A**ppetit hanc genitor, turri fugit illa relicta:  
Pastores sylua delituisse vident.

**P**oscit ab his natam, negat alter, furtaq; sperat:  
Alter ubi est monstrat signaq; certa docet.

**I**nuenit, inuentam rapto trahit ille capillo:  
Stareq; compellit iudicis ante pedes.

**C**reditur, & plagis defertur cæsa parenti:  
Clausæ gemit rursus quo prius illa loco.

**P**ro scelus: in natam patris furit impius ensis:  
Atq; cadit tacto sanguinolenta scelo.

SACRORVM FASTORVM

F aetata deum tangunt, abrumpitur ignibus æther:

Cum domino & turris fit cinis ipsa suo.

Pastores  
i lapides  
versi ad.  
huc extat

Qui p patri occultæ indicium fecere petenti  
Ne careat poenis hæc quoq; culpa suis.

I n lapidem, ut fuerant circum iuga summa vagates,  
Cum grege adhuc versus perstat vterq; suo.

H inc sit vt exemplum, tetigit quia fulmine turrem:  
Illi turritas attribuere manus.

F aetata p tutela est eadem arcibus, vnde reclusis  
Ignibus hæc moles nunc tibi signa dedit.

E t quod pastorum mutauit corpora saxon:  
Clausiq; quod gemuit, sitq; quod ulta patrem.

I gne strepit quoties de cœlo fulmen, agrestes  
Ora notant, illam subterpidaq; vocant.

C arcere quiq; gemit clausus sibi clamat eandem:  
Quum tonat, & tangi iudicis ora rogat.

A dde quod & miles (non sunt aliena rogatis)  
Tormen ta ænea  
quo re perta.

Hanc gerit in signo: causa nec ipsa latet.

P ulsus erat veterū cum diis Vulcanus ad umbras:  
Ceperat et noster sydera summa deus.

S iue quod hic ægre detrudi in tartara ferret:  
Seu quia debebant hoc quoq; fata malum.

C onnenit iratus tacitis qui praesidet oris,  
Atq; ait audaci talia verba sono.

I uppiter igne ausos cœlum affectare gigantes  
Obruit, amisit fulminis ille minas.

C um tibi sit tellus: sint tertia regna: sit ignis:  
Dextera cur flammis ad tua bella caret?

D ixerat, ille modum poscit, de manibus vnum  
Mitte ait: hic fulmen me faciente feret.

- A**nnuit, & mittit de multis manibus unum  
Ille abiit, simulat sed prius ora viri.  
**F**une latus cingit: dat lignea vincula plantis:  
Quæque tegat corpus, lanea vestis erat.  
**C**ornua restabant, capiti protollit amictum:  
Os gerit obstopum, telaque fratris habet.  
**F**orte vir instabat succo ut liquida æra coirent:  
Grai Hermen, nostri Calchiumque vocant.  
**I**uerat: arte illa fama est venisse peritum:  
Hunc vocat, accedit: ducitur ante focum.  
**D**iues in accenso ferubat massa camino:  
Flabat et alterno flamine follis opus.  
**T**empus ait socio Vulcanus, dicta bicornis  
Audijs admiscet plurima, fertque faciem.  
**F**it prope: commixtum vix contigit igne liquamē,  
Quium crepat in testum fomite tactus onix.  
**N**on secus ac fulmen nubisque, imbrisque, Cyclopes  
Cui dederant partes: ætheris igne solet.  
**O**bstupuit factio: Chalybeumque armabimus inquit  
Mulciber, inque urbes, perniciemque virum.  
**H**actenus, atque teres rapidumque, cauusque metallū  
Includit ligno, telaque dura facit.  
**A**spicit, & tractans non dum est ait ille peractū:  
Quia moueat vires non meus ignis habet.  
**D**ixerat & celeres admittat ut ardua flammas  
Machina & admissis ignibus vasta tonet:  
**P**erforat a' tergo, via fit face: saxaque vulnus  
Infligunt flammis impetuosa suis.  
**E**rgo opus arguta sceleratum exegerat arte:  
Postremam telis addideratque manum.

Alchi-  
mum vo-  
cane.

Materia  
fulminū  
vñ origi-  
nē habuit

SACRORVM FASTORVM

**S**ulfure quū hæc onerat, clauditq; volatile plumbū:  
Tollat vt ante oculos, mox teneatq; manu.

**T**a tara adit, tunc rex da flāmā Mulciber inquit:  
Attigit, attactum grandia bombit opus.

**F**lāmē onus excludunt, tonitruq; imitātur Olympi:  
Terrificantq; animas, pulsaq; quæq; ruunt.

**A**udiat hoc Cocles, & pontem deserat hosti:  
Longa decennalis Troia nec arma ferat.

**T**ela probat pater hæc Stygiis, didicere minores:  
Atq; ea militiæ fulmina miles habet.

**N**on galeæ, aut Clypei, munita ue pectora ferro,  
Non mari, contra non valet v̄sus equi.

**Q**uod non ista valent, valet immolabile numen:  
Quodq; sit hoc poscis, Barbara nomen habet.

**Q**uam tenet è turri quoniam tonat, ipsaq; in hostes  
Aenea de castris machina mittit onus.

**Q**ui dant signa tubæ, crepuereq; fulmina flammis:  
Asficit hanc miles, certaq; vota facit.

**D**umq; facit vultus, oculosq; in imagine supplex  
Continet, exaudit diua rogata preces.

**D**e q; sua turri venientia, de q; duello  
Summiuet, obiecta fulmina, & cæra, manu.

**F**inierat: tunc sic, qui dixti hæc tempore nullo  
Bella geras quamuis, hinc ibi vulnus eat.

**S**anctaq; nos serua, & pro nostro Cæsare pugna  
Inq; hostes fulmen Barbara semper habe.

**C**l<sup>o</sup> Sabbatuas nonas, & te Titus optat ad aram:  
Idem fitq; tuus, Cæsaris atq; dies.

**T**u quod eras Solymis olim tumulatus in ipfis:  
Ille quod has vltor nūminis ense domat.

Milites  
Barbaræ  
in bello  
inuocant

Sabbæ  
Vespas-  
sia. offa  
visuntur

Offa

- O**ssa tuo meruit victor componere templo:  
Festas communi tempora ferre die.
- Q**uā bene vt ob superos suscepereat ægida nostros  
Cum superis nostris tam bene vt ille cubet.
- Q**uare, si qua huius tangit te gloria Cæsar:  
Hac sperare polum tu quoq; parte potes.
- T**urpe quidem visu, non et laudabile dictu,  
Circum sancta dei busta iacere canes.
- E**t dubitas veteres maiorum extinguere culpas?  
Protegere atq; armis fortibus illa tuis?
- S**it tibi mens tantum bello concurrere, vinces:  
Victor & ad superas ibis ab ense domos.
- D**edecus et cedet, sed sub te principe cedet:  
Quum dabit audaces parthia victa manus.
- D**onec erunt Solymæ, Titus ingens fama manebit:  
Niteris ista sequi tu nisi, segnis eris.
- I**nterea hac mœnes dicat saluete beati:  
Sit cineri vt precium: fœmina virq; die.
- A**tq; solum injiciens addat: quia sanctus es ultor:  
Pulueris hoc iactu sit tibi terra leuis.
- A**udiuisse putas: iaciebant fœmina virq;:  
Admirati vrna Cæsar is ossa tegi.
- C**Ortus erat terris de cœlo lucifer alter:  
Vili ego quam pueros regia scepira sequi.
- C**ingebant alii flauentia tempora lauro:  
Pars pedes ad templum pars erat agmen eques.
- E**rgo inquam lyciteq; pater Pataræq; magister  
Si licet, ad causas, et tua festa veni.
- I**pse mone et cur sic celebraris ab agmine puro:  
Cur tibi sunt reges cur schola facta tua est.

Christi  
sepul-  
chrū cō-  
medatur  
Cæsari.

Nicolaus  
epis. scho-  
larū fe-

SACRORVM FASTORVM

Munera cū p̄ ferant, cur sic ante ora sub ara

Post sacrum eloquio carmina iuncta petis?

Vox erat in cursu, precibus quim motus ab ara

De solio placidus sic ait ore mibi.

Acceperit, quæ poscis: nostri o' studiose poeta,

Penè puer studijs indubitate incis.

Poetarū priscorū qualis honor. S cilicet ante sacri fuerant in honore poetæ:

Gloriaq; aonidum, curaq; summa ducum.

Tanta p̄ Maies tas tanta his reuerentia, ut actas

Ausa sit hos magnos prisca vocare deos.

Atq; horum gentes oracula verba putabant:

Et velut æthereus carmina partus erant.

Magna sequebantur p̄cbeas præmia frontes:

Creuerat & tanus laudis honore labor.

Impetus ille sacer quo se exercebat in annos:

His schola, vel sylvis sanctior arbor erat.

Vnde sibi à facto me cogit Apollinis ædis

Vt Vaticanum nomen habere putem.

Res redit ad pueros: sunt & ludibria musæ:

Vatis & est magnus nomen habere pudor.

Natus eram Pataræ, fuerat patareus Apollo:

Pellitur hic, vatum me vetus usus adit.

Causa quod his nasci doctus sum visus ut ille:

Et puer in cunis pene poeta fui.

Hinc color a pueris, quod sors me sacra creauit

Ante aram patrem, continuoq; pedum.

Quodq; patres reges dicunt, mea tēpla frequentant:

Perq; vias regum clamor it ante fores.

Aut quod Mercurij lac tantum luce bibebam:

Visus eram eloquij iura merere mei.

- Q**uodq; ego pro Phœbo color hic musisq; frequentor  
Præsideo & teneris vatibus ipse meis.
- C**arminacū ediscant pueri schola nostra putatur  
Donaq; & eloquio carmina iuncta ferunt.
- Q**uaq; licet nostram nomen venerantur ad aram  
Suntq; frequens agmen sollicitorg; prece.
- D**ixerat & rerum fuerat data causa roganti  
In p; meis dubijs ipse solutus eram.
- P**rotinus ex ara quum surgit ad æthera clamor:  
Vertimur, à regis nomine plausus erat.
- I**n puero posses ducis ipsam agnoscere mentem:  
Fert dona; atq; tubis dicitur ante focos.
- I**nterea læti spectabant facta parentes:  
Multus & in multa sede magister erat.
- I**am sacra libabant: resonabant pulpita cantus:  
Deq; alto est strepitus, lisq; iocosa loco.
- H**ic elegi laudes: heroi carminis ille  
Accipit: eloquij pars graue nomen habet.
- P**roq; suo Phœbo referunt præconia diuo:  
Qua q; illi possunt parte placere, placent.
- H**as mecum ipse suas laudes spectabat ab ara  
Vidimus ipsius quum simulachra veli.
- T**ecta per artificum munisq; stipemq; petebat:  
Cur rogo: sic pastor quum mihi sanctus ait.
- I**am fueram exceptus templo, solioq; sedebam:  
Non secus hic sedeo quam modo in æde tibi.
- V**ecelus ut ipse fui: mea circum fertur imago  
Aeraq; dant artes, dux quibus ipsa schola est,
- H**æc ait, hi celebrant sed cur coniuia dixi:  
Percipe dicenti quod petis ille refert.

Reges  
scholarū  
i Nicolai  
gratiam

Epulære  
gū i scho  
lis publ.

**F**orte pater natum musis sacro ordine nostris  
Obtulerat: fidei tradideratq; mea.

**O**buius in trinio Stygius puero obstitit hostis:  
Atq; necat: poscor, vixit ut ante patri.

**F**ama fit: accedunt socij, gaudentq; ad euntes  
Excepit genitor, continuitq; dape.

**F**austa manet: dederit quāuis mea regia mensam:  
Hæc dapibus veniat debita causa suis.

**C**arceris ante fores dixi, cur traditur aræ?  
Num schola quod pueris carceris instar erat?

**A**nnuit, atq; inquit, nostra est quoq; cura reorum:  
Tres ego nam pueros carcere ET enī leuo.

**A**dde hic procumbit tibi cur mercator ad aram?  
Nautaq; vel mercis qui sibi nomen habet?

**H**unc Cererem dixit, medijs in fluctibus auxi:  
Vitauitq; maris me faciente minas.

**C**astoris ET fratribus quos ignes ante putabant  
Alterius quāuis numinis esse velint.

**N**auta meos credit, pelagi ex oriente procellas:  
Atq; illos supplex dum furit una rogat.

**N**ominat ET medijs pariter me fluctibus idem:  
Thusq; focis hinc dat nunc pius ille meis.

**Mercato** **rū** **mer-**  
**cium fe.** **N**omina cui mercis, sociam mihi præbuit aram:  
Aequore quod tueor, quas tibi vendit opes.

**D**ixit, ET in solio ceu nunc est mansit in æde:  
Perq; scholas strepitus, grādeq; murmur erat,

**A**tq; vagus tota rex clamabatur in urbe:  
Visq; erat in medijs hoc veniente vijs.

**V**no tres in equo ridebat turba sedentes:  
Vnde sibi similis nomina ludus habet.

R eſtat ut ingenium, atq; optatas præbeat artes:  
Hunc puer, et docta eſt ſiqua puella roget.  
S ed vos præcipue hunc plagiſi orate magiſtri,  
Aucta det ut lucrum veſtra corona nouum.

Tunc etiam pueris, ratio licet altera panis:  
Limen ad Eustachij ſportula parua datur.

Panis in

s. Eusta.

datur.

Ambro.

ſecundū

festum.

Postera vbi ē cœlo tollet Pallantias ignes:  
Syderaq; expellat mane reuecta dies.  
Q uisquis es Ambroſio gratare: Inſubria nanq;  
Sponte pedum patri pontificale dedit.

S cilicet innumeris vt laudibus ille pateret:  
Inter mortales hoc quoq; dignus erat.

E rgo ſit ante focum: modo qui ludebat in umbra  
Annoſum ſaliens restituatq; merum.

E t modo flaminij, via quam saltare videbat:  
Fœmina per medios ludat inepta lares.

F rigoraq; in madidis depellat læta tabernis:  
Ne terat errantes cana pruina pedes.

I nterea ſuccis cui dulcibus ora repleteuit:  
Florefq; ſermoneſ dædala pinxit apis.

V ere mihi ambroſia ſparsisti pectora quando:  
Melle quoq; hic ſpargas carmina noſtra tuo.

Hæc ego dicebam: nomen votumq; merebam:  
Atq; preces vanas non tulit eſſe meas.

Festum  
concepti.

Q uum ſimul inſpicio quæ diuum feſta ſequantur:  
Et concepta poli ſemine mater erat.

T empla requirebam: tacitusq; arcana putabam:  
Laurenti ingentes contigeramq; lares.

De qui-  
bus dispu-  
tari non  
deberet.

E cce foro: atq; aræ pendentem ē poſte tabellam  
Inſpicio: accedo: scriptaq; verba lego.

SACRORVM FASTORVM

- Verba I lla fuere, hodie populo referatur imago  
 tabellæ quā idul Conceptæ, atq; octo lucibus æde patet.  
 gētiā dīz C ras veniet cōctus sociorum limen ad arat:  
 cunt. Dosp̄ datur, ducet per forā pompa preces.
- I ngredior: solium subeuntibus illa patebat:  
 Procumbo, tacitæ subijcioq; caput.
- Imago ferturū C Altera iam Stellas Hyperionis alma fugarat:  
 ptarum pompa. Restituor: cel'sam pompa erat ante domum.
- V ecta super comitum mater ceruice sedebat:  
 Ad sacra velatis per forā terna vijs.
- V irgoq; virginibus gaudebat: nuptaq; nuptis:  
 Cantabantq; tubis carmina mista chori.
- Helisino abbatī in A gmen pone aderat, matresq; viri q; colentes  
 tēpestate mandatū Vecta noto templis, iussaq; festa deæ.
- fuit ve N am cum forte dies non hac sibi ferret honores  
 hoc festū statueret Eset & vnda rati sœua Helisine tuæ.
- A equore iactato, & te penè prementibus vndis,  
 Ista viri est facies visa verenda loqui.
- V it cadat ira maris, nec te premat imbre procella  
 Fac de concepta virgine festa colas.
- A nnuit his dictis, posuerunt æquora fluctus  
 Sacraq; fit lux hac: virgoq; festa tulit.
- Sacrū in C Dicta qd̄ hac eadē populi quoq; maxima mater:  
 cede po: Accipit hac huius munera certa die.
- populi ca: lix dona F ertur enim summa Capitoli pictus ab arce  
 tur. Fronde coronatus, perspicuusq; calix.
- C ausa quod ante nucem iacuerunt ossa Neronis:  
 Portaq; erat media prodigiosa via.
- S acra ferunt patres: cædi per somnia mandat  
 Hanc dea: pontificis cæditur illa manu.

D amna leuat factum: qua nux est ponitur arat:  
Accipit et populi nomina virgo sui.

Q uæps est flaminij, quæ flumentana priorum:  
Porta modo atq; via est illius ipsa nota.

E rgo illi gratus populus dat dona quotannis:  
Prospera sit rebus suppliciterq; rogat.

A lma parens quare matres, urbemq; tuere:  
Patribus et praesta mœnia tutia tuis.

C tempus item poscit Iouis hoc, et Cæsar isales:  
Curq; sibi poscat magnus vterq; facit.

V itus erat nostro defixum in numine ferrum:  
Et quæ nunc gemina est Cæsar habebat auem.

V ius erat sacerdo loue nostrum numen amare:  
Et capere arma deo pro meliore manu.

Q uæps deus hæc patri, post victa opprobria mortis,  
Creditus est placido verba tulisse sono.

S umme parens letho qui me cupiente dederunt:  
Supplicium merito triste dedisse vides.

A uthor et hoc Cæsar sed te suadente, tibiq;  
Non minus hæc virtus quam mihi grata fuit.

H uic aquila est signum, iacet ipse ad fana meorū:  
Par quoq; sit volucrem munus habere suum.

D ixerat et nati magno cōmotus amore  
Non secus in multis quā quoq; sæpe fuit.

F ecit auem sydus genitor templiq; minores  
Arce locant: factum Cæsar is vnde docet.

C uarta dies oritur: Damasus sua tēpla recludit  
Hic ubi celsa suo nomine tec̄ta tenet.

P ieridum vt taceam studijs quod doctus adhæsit:  
Magnaq; facundæ fama putatur aquæ.

Aquila  
mane a  
rostro  
oritur.

Damaso  
potus cō  
tra febrē

SACRORVM FASTORVM

Soluat anhelanti defecta ut corpora morbo  
Pocula dat pleli sumit ET aeger opem.

**Autuni finis.** **C**Vltimam pomoſus autumnus tempora ponet:  
Altera quum Oceano lucida ſurget Eos.

**Alcionis dies.** **C**Nox ubi decedet: ſuccedet lucifer illi:  
Per freta trāquillas et quor habebit aquas.

**Sol in capricorno.** **A**tq; ſuo Alcedo ſignabit nomine tempus,  
Donec erunt plumiſ oua fouenda ſuis.

**Solſtitium hyemale.** **C**Tunc quoq; cana caput, glacieq; impexa capillos,  
Tempus hyems terris ſolſtitiale dabit.

**Pan in sydus.** **C**Lucifero hoc etiam de ſole ſagittifer exit:  
Excipit atherios et Capricornus equos.

**I**am deus ortus erat: Pan nos ET tuta petamus  
Inquit, aditq; fuga te bone Nile ſua.

**N**ec minus Aegyptum petit ingens ſortibus infans:  
Aſpicio: atq; timet, hosteq; poſcor ait.

**N**ilq; intrat aquam, ET nymphæ ſuccurrite dicit:  
Quid miſer in clamas? quum pia mater ait.

**P**ube tenus fluuiio ſe merserat: ora reducens  
Est quia ait maior me tuus alma parens.

**F**affus erat numen: placuit patri: indeq; cœlo  
Octo huic bisq; decem Sydera clara dedit.

**Q**uæq; fuit terris, faciem formauit in astris:  
Atq; ibi ſumma capri, cætera pifcis habet.

**Dies incipiunt crescere.** **C**Postera brumales, lux candida terminat idus:  
Sensim ET ſole redit, noxq; ſubaretat iter.

**Luciae ira pueri: iunii fe.** **C**Lucia formosas in eadem luce puellas  
Optat, ab his oculos ET petit, atq; faces.

**N**āq; illi teneris pars corpore prima puellis:  
Repperit his generum filia ſaſpe patri.

Hofp

**H**os p̄ferunt: an quod fert Lucia nomina lucis?

Illas p̄ nil aliud quam via lucis erat?

**L**ucis egent oculi: luces plebs nuncupat illos:

Visa nec a' vero est causa aliena suo.

**A**n sit eram in dubio, quærebam & veraz nec illæ

Vnde rogem poteram certior esse mihi.

**V**eritor, dixæ aræ stabant ad limina cæcī:

Vnus ab his sumpta quum flipe forte canit.

**T**Lucia trinacrias inter pulcherrima Nymphas:

Cui par forma quidem nobilitasq; fuit.

**N**upta deo magnæ cereri dare thura negabat:

Fit rea, & ante trucis iudicis ora venit.

**V**t videt hanc: vincor iudex a' virgine clamat:

Carpitur: & tacito victus amore furit.

**C**orporeq; è toto feriebant peccatus ocelli:

Quid faceret: curuam mane vocavit anum.

**A**tq; hinc vror ait, causa est sed Lucia flaminæ:

Carcere ego hanc: oculis me tenet ipsa suis.

**D**etinet, & miserum tantum me sauciāt illis:

Hei mihi, quam ex vero Lucia nomen habet.

**E**ffice ut hæc mea sit, cur det cum sanguine pœnas?

Salua sit, una salus vita duobus erit.

**R**isit anus primum: mox callida desine dixit:

Hactenus: & postes carceris inde petit.

**A**nte adit hanc precibus, post tristia voce minatur:

Victa nec est precibus, victa nec illa minis.

**A**udit ut esse oculos causam, rapit ipsa nocentes:

Hos illi et, quos vult, i' refer inquit anus.

**A**ccipit illa oculos, & fert hos munus auctentis:

In manu adhuc illos aurea pixis habet.

Luciæ  
oculi dā-  
tur quos  
lucillæ  
deus re-  
stituit.

SACRORVM FASTORVM

Cæca erat, è cœlo referuntur lumina nocte,  
Ex arca vnde oculi præsidet illa suis.

Dixerat, æra dedi, visus quia vera referre:  
Ceperat, at p[ro] alijs s[ecundu]m canebat idem.

Nautae  
rū tutela  
Lucia di  
Ela est. S tabat ad h[ab]ec mēdīo coll[umna]ta ex agmine turba,  
Q uam sic inde mihi nauita iunctus ait.  
unit sunt ista parum: ne tantum luxina seruet:  
Diua quoq[ue] in portu candida munus habet.

H ostia sunt: Tybris dixerunt atria prisci,  
Aura hic & felix Lucia templa tenent.

P erg[er] vndas vento puppum regit Aura secundo:  
Luciaq[ue] vt cœlum luceat ipsa facit.

D ixit: & artifici coniuncto exponitis inquit:  
Vos quoq[ue] cur merces? factaq[ue] nomen habent?

I lle ad opus dixit, quis nescit: lucis egemus:  
Hancq[ue] ferunt oculi: præueniuntq[ue] manus.

A ttarbit emptores ad mercem diua videndo:  
Inde via in media quisq[ue] recludit opes.

S eu fore quod pateat votis emptoris aperta:  
Panditur ad postes suie quod illa suos.

Spasa, à M erce ibi pro passa spasam nos turba vocamus:  
vugo di Tertiaq[ue] in culpa est littera mota loco.

titur merx pro P rætere a luce hac natali grata propinquo,  
passa. Strena Syracosium de trabe necit opus.

Q uip[er] emuit, vt moneat: tinnit lanæ aureus orbis:  
Sub quo ærariolum faucibus æra bibit.

H aciemus: & nobis facies hinc noscitur anni,  
Mistus in hac turba durus arator ait.

Prognos- N anq[ue] dies bis sex superant natalis ad aram:  
stica mē Siugulus & vultum lumine mensis habet.  
siū, e an.

- L**ucidus utq; dies, sic mensis lucidus ibit:  
**Q**uæq; dat his luges, Lucia signa refert.
- T**alia dicenti puer illius ibat ab ara,  
 Atq; faciem, atq; oculos, saepe vocabat emas.
- A**gricola hos emit egerunt quisq; quod ille:  
 Donaq; coniiciunt virginis ante pedes.
- C**autus idem feci, dixiq; hos candida fictos  
 Accipe diua oculos, & tueare meos.
- S**ed tot erant illi, quot puro sydera cœlo:  
 Vincebatq; oculos lucibus Arge tuos.
- C**Tempore & hoc rediens sensi præsepe parari:  
 Hic ubi vestales iuncta Minerua videt:
- C**Lux sua Mercurio est, et quatuor imperat horas:  
 Nos pia nascendi purget ut ara deo.
- Q**uā bene procedunt fastis sua tēpora nostris  
 Quāq; tenet ventos nostra carina suos.
- C**Aram, quod sequitur tempus: cœlo edet ab alto:  
 Ut quæ nascetur victimæ vera litet.
- T**empus erat partus: quum sic deus ecce Sybilla  
 Ecce deus dixit, numine plena dei.
- I**nde manum tollens ad euntis lumina solis:  
 Torua ferit terram, spectat & ora ducis.
- C**erneq; ait natum quæ in sole amplexa coruscat:  
 Illa parens virgo est, filius ille deus.
- I**s multo maior te Cæsar cuncta tenebit:  
 Dixerat, obstupuit protinus ille sono.
- I**ndeg; se ad matrē conuertit, solis & orbem:  
 Et legit: hæc cœli dicitur ara mei.
- T**hra parat supplex, visumq; his numen adorat:  
 Ante sed in propria ponitur ara domo.

Præsepe  
paratur  
quatuor  
tēpora.

Ara ex-  
oritur  
quæ cœli  
dicitur.

Ara cœli  
deputata  
ad princi-  
piū nouis  
magistra-  
tibus.

SACRORVM FASTORVM.

A fira deus tulerat, soloq; ad sceptra paterno  
Sederat, & maius hoc erat orbe nihil.

P risca giganteo, quum sic ait, ara labore  
Creuerat, haec creuit sanguinis imbre mei.

E rgo polum subeat, sic quum Capitolia linquit:  
Quatuor & tellis ara recepta polo est.

Quæq; tulit cœlo seruant nomina terris:  
Alta decensq; iuit alta decensq; manet.

P erq; annum fasces Romanos prospera reddit:  
Aptaq; principijs omnia semper habet.

**D**elphi.  
cauda ex  
oritur.

**C**Hac & nauta die si spectat sydera, Delphin  
Protinus a cauda inane videndus erit.

A ltera causa manet, nec primæ dissona, signi:  
Quam dedit a Padua qui sibi nomen habet.

V oce sua doctus Delphinias traxit Arion:  
Mulcet dum nautas per mare voce lyræ.

H ic quoq; cum toto iam carmine notus in orbe  
Esset: & apiceret pectora iniqua sacris.

A d sacra non fidas quo vertat carmine gentes:  
Adriacum ad littus concinuit ore deum.

V oceq; cœlesti Delphinias ab æquore traxit:  
Gens quibus inspectis vera ait ipse canis.

T unc Delphina deus, tetigit qui littora primus:  
Tollit, bisq; polo sydera quinq; facit.

**L**a<sup>r</sup>o  
& infé-  
rotu<sup>r</sup>ro.

**C**Quarta dies Stygio te La<sup>r</sup>are reddit ab orbe:  
Non poterat tumulis aptior esse tuis.

N ox erat, & manes multi vix esse putabant:  
Lazare ades dixi, veraq; sancte mone.

F inieram: coram velut ossea venit imago:  
Tristis odor, timido constiterantq; comæ.

- Tunc leuis horrendo sensim commota fragore  
Murmure in exiguo talia visa loqui.
- Non sunt, pone meum, nō sunt nūc fabula manes,  
Nempe suis sequitur tristia fata timor.
- Nec locus est idem, nec pœna his cernitur vnas;  
Propter suo merito præmia quisque capit.
- Iusque, magistratusque, timent, legesque loquentis;  
Non secus ad superos quā timuere prius.
- Hinc ubi narravit confusa voce labores  
Quos tulit, atque audi diuitis acta sui.
- Vtque etiam ex vndis Stygii reuocatus in auras  
De tumulo ad vocem suscitulit ora suo.
- Multaque præterea post hæc ut sponte locutus  
De Stephani leto, Massiliæque pedo.
- Sixx ait ut cepit: non ianitor ære mouetur;  
Stantque adamanteis limina surda seris.
- Hic domus est sceleris, vexant tormenta nocentes:  
Hei mihi, quam durus manibus ille locus.
- Sellam habet & iudex, circuſtant ordine lectiz.  
Flebilis & supplex umbra tribunal adit.
- Aud mala sollicitis nigra sortibus urna mouetur;  
Et pila iudicium triste soluta facit.
- Et canis & tortor, soror est non una flagello  
Sæuaque Titanum cū Phlegethonte manus,
- Aulam animæ gemitu vacuā, et plangoribus implēt;  
Multaque verberibus mista catena sonat.
- Ita gemit saxorum fugienti ille arct in unda  
Pendet is à radijs hic laniatur aue.
- Ille mali facies, pœnarum mille dolores,  
Vtque rei, infantes debita iura ferunt,

Locus in  
fernī.

# SACRORVM FASTORVM

Locus Nō procul hinc animas purgāt sublimia, quæ spem  
purgato. Luminis ad cœlum liberoris habent.

Pœna quidem leuior: leuior quia noxa; sed illam  
Est quoꝝ qui nollet sustinuisse sibi.

Locus pa S umma coronatos attollunt atria diuos:  
radisi. Pars sub Elysio gramina colle tenet.

Parſq; suo Eridono cincta est sanctoꝝ vireto  
Perꝝ recens pratum valle nitente iacet.

Hic vel ferta legunt, vel læti carmina cantant,  
Aut pedibus plaudunt lata per arua choros.

Sole suo regio hæc, atꝝ æthere gaudet aperto:  
Cumq; deo heroas numina nostra tenet.

Hincq; tibi reddor, sit gratia magna sorori  
Sitq; deo, sub quo bis mihi vita fuit.

Dixerat, & manes se viuere teste probarat:  
Ut poteram pauidus quum tamen ista loquor.

An mala res mors est: nam te risisse loquuntur  
Nunquam, de Stygio lætus ut orbe redit.

Mors nō Nō mala mors inquit, requies nāq; illa malorū est:  
mala est Q uæ venit ex illa pœna, dolenda venit.

Rifus ab ore fugit, non quod me tristia vexent:  
Sed quoniam rursus mox moriturus eram.

Finierat, dixi squallet cur ulcere corpus:  
In tumulo hac facie numine cadauer erat:

Morbus A nnuit, atꝝ inquit, sopitus forte iacebam  
Lazari unde est A'q; deo lenis mors mihi somnus erat.

ortus. Quum vox ecce sonat, fierem quo gloria nato:  
Atꝝ veni, exclamat Lazare amice foras.

Lazare amice foras venias dicebat, ab umbris  
Ibam, quum exurgens quo ruis Orcus ait:

**N**on impune feres, & p̄s s̄puit: iuit in vlcus:

Non secus Antoni quam s̄t ygis ignis abit.

**S**unt tibi temp̄la procul, cūst̄os s̄tip̄is æra tabellis  
Postulat, hæc dixi, quum lacer iller refert.

**T**abida suscep̄ti mea sunt contagia morbi:  
Hinc procul a' populo tradita temp̄la vides.

**S**æpe quod abrodunt miseri os vlcera totum:  
Abrosum & vitio sordis inerme sonat.

**N**exa tabella illis pro labris bina mouetur:  
Quæsaq; pro lingua tertia poscit opem.

**M**ane erat, instabam, sonuerunt ossa per auras:  
Vertor, ab alloquio fugerat ille meo.

**T**ipsa licet tendat cras tela sagittifer arcu:  
Oceani seras fronte subibit aquas.

**T**Mater ab eō quim Memnonis orbe redibit:  
Cedet avis cœlo, quæ gerit arma Ioui.]

**T**ertia lux Thomæ est, vigilat media ante sed illi  
Rusticus & pingue m̄ quærerit ad exta suem.

**A**n sibi quod cæsa sue Saturnalia prisca  
Pingua reddebat: mos vetus optat idem:

**E**t tamen acc̄ptus genio fui: ante December:  
Huicq; sacer sus est, causaq; pene patet.

**C**um sue coniunctu brumalia tempora agrestis  
Turba celebrabat, facta ferre potest.

**N**upta sed ipsa nouo tunī quim deducta marito est,  
Quod fit adhuc, tostam ponit in ora suem.

**A**uthor & Aeneas, Thomæ coniua sedebat  
Nupta tibi, hic ritus forsitan inde venit.

**M**agna quoq; antiqui sue cæsa festa colebant:  
Qualem natalis credimus esse dicim.

Ara &  
hospitale  
semotū,  
• populo

Frons sa  
gittarii  
vesp. oc.  
Aquila  
occ. vigi.  
Thomæ

Tho. ap.  
festum.

Porcus  
castrus.

# SACRORVM FASTORVM

- Exāngia seruatur* S int ea cuncta licet, vero est hæc causa propinquas:  
Sus cadit, & multis v̄sibus apta venit.
- S iue quod ē succo herbarum medicina paratur.  
Seu noua quod quondam haclimina nupta linit.
- P ars ea seruatur herbis que crescit, & vngit:  
(Vnde vxor) quod opem qua medetur habet.
- C ætera solēni verubus defixa salignis  
Nocte igni torrent, festaq̄ magna colunt.
- Thomæ festi tan tū fœmī næ facel lū intrat* C Lux est, & toto à qua fœmina pellitur annos:  
Hac semel ante arcā transit in æde die.
- S cilicet exceptus Thomas coniuua puellæ  
Creditur hoc nuribus ipse dedisse suis.
- T acta sed ecce sonat duodenī mensa Senatus  
Pane puellarum, subteriturq̄ prece.
- Sportula in æde guæ ca= plinorū erat da= tur.* C Nauitaq̄ coniuiae quo sit memor ipse magistri,  
Dat Cererem, captis qua fuit ora viris.
- Lugulæ Orio. ve spe. ori.* C E' cœlo ingulæ tibi cras panduntur Orion:  
Tempus & his agnus quum petit vber erit.
- Vigi. na ti. dñi.* C Q uin tot erunt luces, parcarum nomina quot sunt:  
Debita nox duris ultima rebus erit.
- Res ræ ro vissæ exhiben tur.* T ota sit vt fœlix; eademq; vt prospera tota:  
Linguis atq; animis fœmina virq; faue.
- Imagun culæ ex dulci fa etæ.* C ernite cœlesti panduntur vt omnia nato:  
Resq; sibi vt raras angulus omnis habet.
- N on est autumnus, sunt & super arbore poma:  
Pendet & ex vlinis vitibus vua suis.
- M elie placent Tigres, blandi sunt melle Leones:  
Dulcis & ore anguis, denteq; mitis aper.
- C um canibus riui veniunt ad pocula ceruit:  
Iunc taq; montanum non timet agna luxum.

- M ille operum facies, pax est, sunt mille colores:  
Nescio quid blande pectora nostra tenet.
- I amq; viæ ♂ sanctæ velantur frondibus aræ:  
Atq; sacri è summis turribus æra monent.
- A lta frequentantur celebri Capitolia pompa:  
Et Vaticano uisiturn aula iugo.
- S igna dedit, nox est, solitos sibi sacra requirit  
Bruma sales, mensæ teculaq; culta iuuant.
- I ntonuit moles, proprijs decet ædibus esse:  
Cumq; suis toto gaudia ferre sinu.
- N ascitur igne deus, componitur ignibus ilex:  
Compositoq; ardent grandia ligna foco.
- V isimur alterne, suntq; ip si in honore propinquii:  
Perq; domos currunt munera, perq; vias,
- P rincipio, iam fas, ieunia soluere noctis:  
Sumereq; incisos more iubente fauos:
- D ulcia gustamus, gustatis poscimus æra:  
Ducere ♂ his ludo tempora nocte iuuat.
- E st iuuat ante ignem' positis confydere scannis:  
Riteq; præsentem credere adesse deum.
- I nq; vicem sanctos formari rebus in vñsus:  
Discereq; arcanos atq; docere sonos.
- E cce coronati sed se ad præsepia fistunt,  
Iam bos iam placidas inter asellus oves.
- N ubila discedunt: ponunt ♂ flamina uenti:  
Sacra petat, ludis abstineatq; manus.
- N ascitur ecce deus, vocat æs, terna incipit ara:  
In templo uigilet fœmina, virq; , suo.
- I am mora ne noceat, ne pellat frigus ab ara:  
Qua media est flammis ignis in æde micat.

Templa  
ad sacrū  
futurum  
exornā-  
tur.

Gaudia  
publica  
Strenæ  
parantur

Oratibes  
sanctæ  
bac no-  
ste edia  
scuntur.

Quiq;  
in favo tē-  
plo quod  
parochiā  
dicūt, an  
dit sacru-

V ellem ego Mœoniū iam nunc mīhi pectus: et ora  
Illiū in latium quo duce Troia venit.

P auperis ingenij nascentem dicere Christum  
Non est, certe humeros debilitabit onus.

Q uare ne danno mea parua immanibus actis  
Musa sit: ingenio vim ferat ille meo.

E rgo deo fierent hic vt nascente calendæ:  
Orta sub Augusto tempora pacis erant.

Q uo tē pore & gō Chri stus nā eus. I re suum Cæsar sub iura coegerat orbem:  
Q uum patriæ iussus tec̄ta Iosephus adit.

T ota domus sequitur, sicut hæc taurusq; asinusq;  
Virgoq; cui partus iam prope tempus erat.

C ontigerant Bethelēm, complebant mœnia gentes:  
Tec̄taq; nulla aderant: cui domus orbis erat.

D e stipula ante vident canisq; palustribus antrū  
Stare casam, paries vimine factus erat.

S tat præsepe, asinus subit hoc, et taurus, at illis  
Non pudor in stipula procubuisse fuit.

O mnia per terras mulcebat corpora somnus:  
Altaq; iam medium luna tenebat iter.

Q uū subito sanctū resplenduit ignibus antrum:  
Credite posteritas, virgine natus erat.

V irgine natus erat deus, & mortalis, at ipsa  
Impatiens stabat mater vt ante viri.

Obstu. puit natu ra parie. ce virgi. V idit, & obstuuit cœlū, terra, æquor, & aer:  
Virginem adhuc matrem sic peperisse deum.

Q uid facerent: res est, patuere oracula vatuum:  
Tardaq; quæ visa est, venerat ipsa fides.

C redere ne dubitent: delubrum sudat oliuo:  
Solq; triplex oritur, templaq; prisca cadunt.

**G**ramina dat campus, producit vinea flores:  
Herbis verq; redit, blandaq; bruma iuuat.  
**E**xoritur sydus, nati timuere Cybelles  
Vox erat ecce gigas: delituere metu.

Miracu-  
la, que  
Christo  
nascente  
fuerunt  
de sua  
deorum  
veterum

**Q**uodq; licet taurus fit Iuppiter, ales Apollo:  
Cynthia fele latet, pisceq; tecta Venus.  
**N**eptunus Delphina subit, Cyllemius Ibin:  
Fit Saturnus equis, Bacchus & tua fuit.

**E**s tua auis Pallas, Juno pauone sub ipso est:  
Itq; ad Persephonem non redditura Ceres.

**T**u quoq; ni fallor, timuisti Cæsar euntem:  
Illum quum ostendit casta Sybilla tibi.

**Q**uod vix ipse putas, illa monstrante videbas  
Atq; puer, non tu, iam pater orbis erat.

**I**lle deus terris te dignior ille vocari,  
Dux hominum cum sit, cum pater ipse deum.

**S**cmine nam humano natus tua sceptra tulisti:  
Regnat ab æterno natus is orbe patre.

**I**pse colis fastus, pietatem Christus amauit:  
Tuq; probas, falsos destruit ille deos.

**I**n populos geris arma ferox, cruce militat ille:  
Tu ferro gentes, vocibus ille domat.

**T**empla facis, facit ille suis sed numina templis,  
Tu lege, hic pura crimina tollit aqua.

**V**ltus es infestum tibi qui patrem enecat hostem:  
Hic veniam qui ipsi fata dedere, decit.

**R**oma timet, post te qui successere, tyrannos:  
Post hunc sunt sancti quos collit illa patres.

**N**atus erat sub te, forct vt te numine maior:  
Fassus & hoc illic es, quum tua thura dabas.

Christus  
natus ab  
Augusto  
Cæsare  
adoratus

Probat  
Christus  
meliore  
Augusto  
fuisse.

SACRORVM FASTORVM.

- D**i saluete igitur, terris noua sacra datur;  
futuros post chri-  
stū i spā salutat.
- S**ub meliore tibi sunt sacra, aræq; Tonante,  
Matris io æternus stat puer ante pedes.
- S**alue magne infans, quo ferrea desinit ætas:  
Ex vero Ē virgo quo veniente redit.
- T**e, nascente tuus feret aurea scula mundus:  
His Ē ab integro mensis Ē annus erit.
- P**rædictusq; tuus, iam tu regnabis Apollo:  
Aeui tuq; decus, tu decus orbis eris.
- T**e duce nulla aderunt veteris vestigia culpæ:  
Gente Ē pacata iura paterna dabis.
- T**erra tibi nullo referet sua munera cultus:  
Cumq; mero fruges ad noua sacra dabit.
- H**eroas diuis mistos, matremq; videlis:  
In summo à qz illis vertice visus eris.
- Q**ui nocuit Serpens, arboreq; imbuta veneno  
Occidet, Ē partæ ligna salutis erunt.
- Q**uae patris & tua sui virtus noscetur, at à te  
Clave ratem Typhis qui regat alter erit.
- A**ler ē heroum numerus, fidei altera bella:  
Vnde aderis terris, vndeq; victor aquis.
- A**gredere, o sanctos venit iam tempus honores:  
Ipse deum soboles ipse futurus eras.
- T**u tu promissum es magni patris incrementum:  
Aspice iam quam te gaudeat omne latus.
- H**ec ipse inq; solo stabat: qui torquet Olympum:  
Fœnum, Ē pro stellis algaq; vilis erat.
- Q**uiq; fouet cunctos, taurusq; asinusq; fouebant,  
Atq; illi supplex cum sene mater erat.
- Iosephas et Ma.  
virgo na  
tū adorat**

- I ncipe, magne puer venerādā agnoscere matrē:  
Te peperit: mensa digna sit illa tua.
- I ncipe, & interea sæcli melioris origo:  
De superis quando tu mihi natus homo es.
- O re doce (si fas) cur huc descendis olympos:  
Cunctaq; cum tua sint, cur casa tecta dedit.
- H æc ego, quum radij circum micuere loquentē:  
Et tulit ante oculos non puer ora meos.
- E xtimui, dextraq; crucem mundumq; sinistra  
Ille tenens placidos hos dedit ore sonos.
- P one metum o' vates & nostri conditor anni  
Quæq; petis tota iam tibi mente tene.
- Q uæq; mea sacra canis: vestra qd imagine nascor:  
Est mihi fas oculos ante venire tuos.
- F œmina me pepulit: reuocauit fœmina terris:  
Atq; via, ut soluam sanguine crimen, erat.
- N atus at Adamus nostro ē quia pauper in horto:  
Ille quod est primus, ipse secundus eram.
- C um sint crimen opes, alijs exempla daturus  
Sponte deus subij sordida tecta casæ.
- D ixerat ille, mihi rediere in pectora vires:  
Signifero rursus quum loquor ista deo.
- H æc video: renouas sed dic cur gentibus annum:  
Cumq; nouo surgit cur quoq; penè vetus.
- O mnia sint inquit cum nostris clara figuris:  
Vnde tuum per me iure mouetur opus.
- I am dare me nato renouatum gentibus annum  
Fas erat, & sæclis subdere prisca nouis:
- Q uæ facere vt possem, vtq; hæc emēdere miderer:  
Quod mihi consilium patris ab arce fuit.

Introductio  
Etio chris-  
tiani ad  
colloquiū

Pauper-  
tas, à deo  
approba-  
ta.

Renoua-  
tio anni  
à natali  
dñi.

SACRORVM FASTORV.

T empora, quae impleui, paulum vi distare putetur:

Certa calendarum non ego iura sequor.

E sti ideo extremo natalis tempore mensis

O tano ut prisca preferar ipse die.

A nnus & hic nouus est, ueius et mox, sint velut unus:

Vt noua procedant: prisca sequuntur iter.

Sacramenta fune cætera penè manent.

Sacra p̄ mutantur: cætera vt ante manent.

S ubsequor: & sanctæ pandunt sua secula portæ lucæum & titulum quum verit annus habet.

A dde quod ipsa nouos patres creat aræ: quod ensis,

Et pileus sacer est, hæc tenus, ille respicit.

Iubileus libertatē signifi. P orta ego ab Abram: duc me fit nomen & annus:

Et libertatis tempora sanctus habet.

M e nascente, alio quamvis quoq; tempore prætent:

Ara creat patres, patribus ara fui.

C æsaris imperium nostrum est: est totus & orbis:

Iura p̄ do populis, iusticiamq; colo.

D e ense pileo aliis que nati die sunt. A ureus hinc ensis, pileus munimen in hostes.

M onstrat: & in geminis alba columba suis.

F iti in nocte sacer nostri natalis ad aram:

P rincipium rebus quod fuit inde meis.

F inierat: restet ne pars rerum vlla tuarum:

Sunt quoniam nobis temporis æta tui.

D ulcia cur petimus: pariter præbemus & aræ:

A n quoq; vt in multis facta vetusta probas:

C onfusa tibi inquit, mibi signant dulcia Manna:

Q uodq; mibi reges æra dedere, datis.

L etitiam T ibia dat cantus, pro canto poscit & æra

ea die sunt. A nte foras patrum, tecumq; magna discum.

T ibia quum nascor cecinit pastoribus inquit:  
Deq; meo cœlo carmen it inter oves.

P ræstat idem, nato gratetur ut apta parenti:  
Quip; mihi debent, postulat æra patres.

P ræterea nascor quia nuptæ jungor & illi:  
Munera pro facto tibia festa petit.

H inc, ea dum cantat: qui me comitantur ad illam:  
Dant tria pro nupta tres sua dona mihi

P rimus enim ornauit connubia nostra coronis  
Alter ad hæc grata virginitate venit.

T ertia turba insens pueri cecinere Hymenæum:  
Cumq; meis superis impediere choros.

D ixerat, & fastis tria festa redegerat idem,  
Quæ data natali præteritus eram.

T unc egoriam didici poscat cur tibia munus  
Suntq; mihi causis cognita multa suis.

A dde precor, tāquā ne epulis hymenæa probemus?  
Hæc sibi lux semper carnibus vsa venit:

S it licet hoc dixit, poscunt solenia ritum:  
Mater & in partu pinguisbus vsa iacet:

P ræterea carnes, quas me dum concipit illa  
Abstulerat multis lucibus, ista refert.

S i scelus esse putant, quum una diu luce dat unus:  
Dat tibi in hac dixi cur tria liba die?

M ens, pater, & natus, quod nos tres dicimur unus:  
Vna ait: hac unus dat tria liba die.

C ur bis quarta inquam: tibi lux inſtaurat honores?  
Quæq; modo attulimus, cogimur illa dare:

G entibus hic nascor, illic ego legibus inquit:  
De quibus à patre est redditæ causa meo.

Defesto  
Iocā. euā.  
Stephani  
& Inno-  
cētum.

Tres  
quas mis-  
fas aiūt:  
sacerdōtū  
in natali  
augmētū

# SACRORVM FASTORVM

A nnueram:at dixi:quoniam nox longa,nec ipse  
Instruar vt rebus forte grauare tuis.

T res mihi nunc restant tua post cunabula luceS,  
Et totidem:rebus nec tamen orta dies.

Cotinua  
tio<sup>8</sup> vt fi-  
lius se in  
gat patri N e scindatur opus,mihi quod tu claudere debes:

Q uo tua coniungas oribus ora patris.

Q uem canimus mensem,lux ultima finit et annū:  
Illaq; Sylvestri est, & mihi finit opus.

N ota tibi,fasces cur illa luce petuntur?  
Natalis poterant quos dare festa tui?

Q ui capiunt tres sunt, nec habent hi nomen auorū  
Nec fasces,saltem hos Ianus vt ante daret,

S cilicet ipse inquit Sylvestr regna recepit  
Q uum nostra mundus Cæsar abiuit aqua.

C umq; nouo regno mutata est forma Senatus:  
Curia quæq; fuit Cæsaris, illa mea est.

D istet & vt cultus,qui fasces ante duorum,  
Nunc ego quod trinusthos sibi ternus habet.

A tq; quater ternis renouatur mensibus ordo:  
Plena sit vt numero Curia tota meo.

Cōserua  
to. vñ di  
Eti fint. N omina ne ue obstante priscorum: seruo quod orbē:  
Seruatoris inest his nota nostra tribus.

Q uiq; fuere,manent bis sex nunc ordine fasces:  
Q ui meus est titulus,discipulisq; meis.

H inc ubi lux illa est duodena his hastā p̄œbit:  
Q uæ solet & patribus p̄œcta p̄œire meis.

R itus at vt iam sit nostro emendatus auorum:  
Q uæ Ianus priscis,lux parat illa meis.

In vesp.  
s. Sylve-  
iuratur. C æsaris ante pedes quos ipse Senatus inibat:  
Ante pedes fasces nunc init ille patris.

Q uiq;

**Q**uique sedet pro me: ceu sit Syluester, honores  
Dividit, & cogit tangere iura manu.

**L**uceque debinc lani, iuratus quisque subibit  
Munus, & a nobis vim sibi iuris habet.

**V**ltima at illa dies tibi visa est forsan in anno:  
Falleris illa anno est septima festa meo.

**A**dde quod haec spatiis fuerint si iuncta dierum:  
Natali inuenies omnia facta meo.

**R**es tua sed postquam: postquam tua forma Senatus:  
Cur non & ciuis ipse Senator erit?

**S**cilicet ille inquit: posci ut videatur ab agris:  
(Pascebat placidas ante Senator oves.)

**Q**uæritur externus, sunt hoc & nomine patres:  
Ut sacra Maiestas seruit in urbe decus.

**H**inc sibi ut ex illa Capitoli ductus ab arce  
Sceptra ferat, pompas ipseque, & ensis habet.

**M**agna quidem sunt haec: sed si te parua mouebuntur  
Carica cur illa nuxque petenda die?

**C**arica poscuntur nux & non parua putabis:  
Omne quod hoc per me cessit ab orbe vetus.

**I**unge puer lecto pueri cur verbere surgit?  
Verbera quique infert, mox timet illa pati?

**V**i puer à puero sic truditur annus ab anno:  
Segnitemque puer ponit, & annus: ait.

**E**t sibi Syluester fertur frenasse draconem:  
Hic ubi Ditis eques viuus adiuit aquas.

**V**era licet, dixit, sint haec, dant acta figuram:  
Quæ mihi, quæ vois non aliena tuis.

**A**nguis & annus enim simili ratione tenentur:  
Orbibus itaque annus; recta nec anguis habet.

Senator  
nō poterit  
ciuis Roma.

Prouer.  
Sylvest.  
fustis in  
lecto.

Frenatio  
draconis  
Sylvest.  
mystica

# SACRORVM FASTORVM

A nquam forte prius frenavit: frenat & annum:  
Visus est officium est esse secutus idem.

V na dies mensem nam finit, finit est annum,  
Non secus ac coeptum nunc tibi finit iter.

<sup>Christo  
nato Ia</sup> H actenus: est patri coniunxit colla sequentis:  
<sup>nus tri-</sup> Ante biceps lanus, nunc deus unde triceps.  
<sup>ceps fa-</sup> N unc deus unde triceps, qui Iano augustior ipso est:  
<sup>etus.</sup> Hæc ego natali quum fuit orta dies.

<sup>Anni no</sup> I pseps ut auspicijs foret hinc felicibus annus:  
<sup>ni alter-</sup> Q uisq; loquebatur prospera verba prece.

<sup>næ pre-</sup> A ra frequens stabat, ter libabantur honores:  
<sup>ces junt</sup> Grataq; erat, dum rem ter legit ara, mora.

P ars aderat sacris, nec tare pars inde petebat:  
Ocia erant, ludis absueratq; manus.

G emmeus aurato pileus renitebat ab ense:  
Ante patrem: turbis abstuleratq; locum.

O menq; est dulcem quo quisq; resumeret annum:  
Cum stipe erant posito dulcia in orbe mero.

<sup>Cosuetu</sup> F actaq; ducebant lani clausura calendras:  
<sup>dines na</sup> Ductus ab intonsis ut monet usus auis.

<sup>talis usq;</sup> E rgo dies salue rerum pulcherrima dixi:  
<sup>ad Ianua</sup> Adq; tuos melior candidiorq; redi.

T utq; deus, cuius monitu sulcauimus æquor:  
Accipe, quod soluis trinus & unus, opus.

V enim ad portum: fertum præbete carinæ:  
Q uæ iam festa deo, sacraq; vexit aquis.

S anctum opus exactū est: iam nō ego fata timebo:  
Vt veniant, aliqua parte superstes ero.

<sup>Poetæ</sup> N umina donec erant, est euntia sydera viuam.  
<sup>præsagiū</sup> de se &  
<sup>ope suo:</sup> Romaq; qua toto rem tenet orbē, legar.

F I N I S.

**THE REGESTRVM OPERIS.**

A B C D E F G H I K L M N O P Q  
R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL.  
MM NN OO PP Q Q RR SS TT.

**C**Onnes sunt Duerni, exceptis TT. qui sunt Terni. e  
F e H.

**E**xodus Romæ, apud. M. Antonium Bladum Asulanum  
S. D. N. Papæ, & Cameræ Apostolice  
Typographum. XV. Calen. Junij.  
M. D. XLVII.







359

8

100

200

1000

